

Observationes criticae in aliquot Sophoclis locos.

In fronte eorum, quae Schneidewinus suae Sophoclis editioni praefatus est, haec legimus: Hoffentlich wird die Überzeugung, die bei mir von Tage zu Tage mehr sich befestigt, bald immer allgemeiner sich Geltung verschaffen, dass die Erklärungskünste, mit denen man bisher viele schwierige Stellen des Dichters heimgesucht hat, an Sünden alter Abschreiber verschwendet waren. Cujus iudicii veritatem ipse vir summus crisi sua saepe numero comprobavit: nihilominus plures loci a librariis hunc in modum depravati restant, in quibus explicandis interpretes ad unum omnes operam et oleum perdiderunt.

Principio vero aurea illa lex *μηδὲν ἄγαν*, Sophocleo cothurno si cui alii vindicanda, quum omnibus in rebus modum commendat tum in arte critica et exegetica certos quosdam fines continet et circumscribit, quos ultra citraque nec rectum nec pulcrum potest consistere, quam in legem iterum et saepius peccatum esse jam sum demonstraturus.

Oedipus tyrannus quum universim modicas tantum maculas susceperit, unam interpretibus egregiam crucem offert versuum 1276—1281, qui in codicibus sic leguntur:

φοίνια δ' ὄμοῦ

γλήναι γένει ἔτεγγον, οὐδ' ἀνίεσαν

φόνου μνδῶσας σταγόνας, ἀλλ' ὄμοῦ μέλας

δμβροσ χαλάζης αἵματος ἐτέγγετο.

τάδ' ἐκ δυοῖν ἔρῶγεν, οὐ μόνου κακά,

ἀλλ' ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ συμμιγῆ κακά.

In his primum verbis ὄμβρος χαλάζης offendor, quae Wunderus eadem ratione dicta esse contendit, qua μέλαινά τ' ἄστρον ἐκλέλοιπεν εὐφρόνη Electr. v. 19, de quibus ipsis inter homines doctos ambigitur. Ac mirum veterum grammaticorum commentum, antiptosis dico, quo ad ea explicanda usus est Brunckius, ita ut ἄστρον εὐφρόνη pro ἄστρα εὐφρόνης dici putaret, vix dignum illud quod hodie commemoretur jam ab Hermanno ad Viger. p. 888 satis refutatum est; nec magis probari potest sententia Musgravii et Monkii, ἄστρα hic ut alibi pro ipso coelo exstare putantium, quod ibi tantum fieri ubi altitudo coeli spectetur recte Hermannus praecipit. Imo est quidam possessus et qualitatis genitivus, cui bene Bernhardtus in synt. p. 163 Aj. 618 ἔργα χειρὸν μεγίστας ἀρετᾶς, Ant. 114 λευκῆς χιόνος πτέρυγι, Eur. Jon. 1354 μακαρίων φασμάτων ἡμέρα, alias tragicorum similiter ornatas locutiones componit, ac paene coit cum ἄστερόεσσα εὐφρόνη sive cum composito nostratium substantivo Sternennacht, ut ibi paedagogus stellas ornate soli opponens nihil aliud velit dicere nisi protinus deliberandum esse quum jam illucescat, et hoc posterius semel affirmative deinde negative exprimat: das helle sonnenlicht erscheint und die schwarze sternennacht verschwand. Atqui nostro loco ὄμβρος, sive generali sensu capiatur quo Empedocles udum elementum dixit quoque v. 1428 huj. dram. ὄμβρος ἑρὸς legimus sive speciali imber, et χάλαζα grandio plane ejusdem materiae sunt, uterque Nubis filius, ut Pindarus ait Ol. X, 3 οὐρανίων ὑδάτων ὀμβρίων, παίδων Νεφέλας, uterque fortis, siquidem ὄμβρος s. imber ὑετὸν s. pluviam vehementia superat, quocirca nihil rei est causis Graeci genitivi cum composito nobis nomine Hagelregen, sed χάλαζα vehementior, ut ergo lubentius χάλαζα ὄμβρον ferremus. Quae quidem Porsonum apud Kiddium p. 216 moverit ratio, ut conjiceret χάλαζά θ' αἵματοῦσ' ἐτέγγετο, quam ne sic quidem mihi satisfacit propterea quod illud μηδὲν ἄγαν semel in aures insussuratum mihi omnem grandinis fidem detrectat. Nam novi quidem Pindarica Isthm. IV, 50 ἐν πολυφθόρῳ Διὸς ὄμβρω ἀναρίθμων ἀνδρῶν χαλαζᾶντι φόνῳ et Isthm. VI, 27 ὅστις ἐν ταῦτα νεφέλα χάλαζαν αἵματος πρὸ φίλας πάτρας ἀμύνεται, at utroque loco de ingente pugnarum caede sermo est, hic in descriptione oculorum effossum grandio nimis crassis coloribus pictam imaginem intempestivamque farraginem praebet quantumvis horride nuntius spectaculum describat. Contra jure meritoque aliam huic loco notionem desideramus. Namque ὁμοῦ quum bis repetatur, prius adverbium non solum multitudinem cruoris includit sed locum etiam quo tabes ista defluerit, genas, ita ut consentaneum sit alteri ἀλλ' ὁμοῦ locum simul generis inferiorem adjunctum fuisse. Cujus jacturam quum aegre toleremus, vide an forte pro inepto χαλάζης tale quid substitui possit. Quid autem simplicius excogitari potest humo? Quid vero facilius mutatu quam

ἀλλ' ὁμοῦ μέλας

ὄμβρος χαμᾶζε χαιμάτων ἐτέγγετο.

Nam cum Hermanno αἵματος in αἱμάτων, nec cum Wundero in αἵματοῦς ex αἵματοῦς contractum mutandum esse inde apparet, quod tragici in trimetris adjectivorum in *ῆεις, οεις, ωεις* desinentium usu abstinent, unde *τολυμῆσταιε* v. 984 Philoctetae Schneidewinus recte habet suspectum.

Veritatem meae emendationis etiam lenitudo medicaminis probabit, quo hinc petito duos sequentes versus ab enarratoribus maximam partem jam pro desperatis desertos sanare conabor. Quos non ita a Sophocle compositos esse quemadmodum in codicibus scripti exstent sponte intelligitur. Haeremus enim non solum in substantivo *κακὰ* in fine trimetri bis male repetito, quam repetitionem frustra defendunt Reisigius ad Oed. Col. p. 188 et Schneidewinus h. l. unicum Sophoclis alterum exemplum vss. 777. 78 huj. dram. afferens, cujus consilium et certam causam ipsa adjectivi ἀξία notio extemplo enarrat, sed in tota etiam sententia languidissima. Hinc olim Hermannus duos illos versus ex uno fabricatos putavit hoc: *τάδ' ἐκ δυοῖν ἔρῶγε συμμιγῆ κακὰ*, qui in novissima editione hac prioris mutatione acquievit: *ἔρῶγεν, οὐ κείνον μόνου*, Porsonus coniecit: *οὐχ ἑνὸς μόνου*, Elmslejus posteriorem versus, Dindorfius utrumque cancellis sepsit negantes a Sophocle scriptos esse, Wunderus ut in re trepida librorum lectionem servandam duxit. Nunc mea proferam. Refert igitur nuntius cruorem humi fluxisse; idem modo rettulerat humi jacere Jocastam laqueo ab Oedipo soluto v. 1266 sqq.:

χαλῆ χρεμαστὴν ἀρτάνην. ἐπεὶ δὲ γῆ
ἔκειτο τλήμων, δεινὰ δ' ἦν τάνθενδ' ὄρᾶν.

Itaque nihil simplicius, nihil naturae magis conveniens, quam cruorem desuper fluentem simul Jocastae cadaver polluisse, ut jam verbum *ἔρῶγεν* imbris metaphoram continuari jubet, coll. Trach. 851 *ἔρῶγεν παγὰ δακρύων*, 919 *δακρύων ῥήξασα θερμὰ νάματα*. Quae quum ita sint, hi versus arcte — commate — prioribus adjungendi et sic erunt emendandi:

ἃ δ' ἐκ δυοῖν ἔρῶγεν, οὐ μόνου, κακὰ
ἄμ' ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ συμμιγῆ κατὰ.

In quibus adverbium *κατὰ* idem cum *κάτω* propriam suam vim rei desuper humi latae servat integram, itemque adjectivum *μόνος*, quandoquidem uxor gemella malorum procreatrix fuit, cf. vss. 1503. 1505, ubi perinde *δύο* et nudum *μόνος* sic sibi opponuntur. Denique hoc moneo, cruorem ex industria hic generali nomine *κακὰ* signari non sine acerbissima quadam incestuosi connubii irrisione, unde facilis ad sequentia aditus paratus est.

Alterum locum aeque affectum afflictumque censeo Ajacis versus 245—250:

ὄρα τιν' ἤδη κάρα καλύμμασι κρηψάμενον ποδοῖν κλοπὰν ἀρέσθαι,
ἢ θοὸν εἰρεσίας ζυγὸν ἐζόμενον
ποντοπόρῳ καὶ μεθεῖναι.

Qui hunc locum pro desperato reliquit Wunderus in censura commentarii Lobeckiani singulatim edita satis luculenter demonstravit, nec Lobeckii neque Hermanni interpretationes verbi μεθεῖναι ferri posse. Quibus spretis Schneidewinus docet e genetivo εἰρεσίας accusativum εἰρεσίαν ad μεθεῖναι esse supplendum, ut hic sensus exsistat: oder die raschen ruderbänke besetzend dem schiffe das rudern freizugeben, et navibus poetico more vita remigandique desiderium tribuatur. Quam supplendi licentiam vellem exemplis vir summus probasset: at vero, ut impeditam verbi μεθεῖναι et definitionem et structuram nunc mittamus, nonne abhorret a chori persona hoc temporis momento de quovis otio cogitare qui initium orationis ab ὄρα ἐστὶ capiat? Quod subabsurdum esset de hospite navi vecturo, de remigibus ipsis ferri nullo modo potest, quibus sufficit antecedentibus ποδοῖν κλοπὰν ἀρέσθαι hic ἐζόμενον opponere, suam ipsorum operam ne navi imponant illud μηδὲν ἄγαν interdicat. Verum haec non sufficiunt, etenim praeterea εἰρεσίας ζυγόν, i. e. tabula remigationis iccirco valde displicet, quod ζυγὰ simpliciter dicta jam apud Homerum Od. IX, 99. XIII, 21 transtra significant, remiges autem e quibus constat chorus omnium ineptissime officinam quasi suam et supellectilem cum genetivo abstracti nominis praesertim propter disertam navis appellationem vocarent. Denique quod θοὸν ζυγόν Wunderus nihil offensionis habere praecipit, sed tragicum hic alicui navis parti apponere adjectivum quod Homerus navi ipsi attribuere soleat, istam partis pro toto disciplinam post Hermannos et Bernhardyos antediluvianam duxerim. Nam aliud est navem celerem dicere, quam epicus cum avi confert eo quod remos hujus alas vocat Od. XI, 125 οὐδ' εὐήρε' ἐρετμά, τάτε πτερὰ νηυσὶ πέλονται, cf. Od. V, 16 νῆες ἐτήρετμοι et Pind. Ol. IX, 24 ναὸς ὑποπιέρον, aliud transtra. Quocirca quem carpit Wunderus Eustathium non deteriora docere existumo p. 1041, 30 (1051, 39): θοὸς ζυγός, inquit, παρὰ Σοφοκλεῖ, ὃ μὴ αὐτὸς ὦν ταχύς, ἀλλὰ αἴτιος τοῦ ἐπιταχύνεσθαι νῆα κωπηλάταις, quam haec etiam quam sint contorta quisque videt. Equidem nec cum Passovio s. v. θοὸς Homericum μάστιξ θοή II. XVII, 430 contulerim, quia flagellum revera vibratur, sed unum habeo aptum ad componendum Pindari fragmentum in Cramerii Anecd. T. I. p. 201, 14 θοὸς—σημαίνει δὲ καὶ τὸ μέγα. Πίνδαρος ἐπὶ τοῦ Ὄτου καὶ Ἐφιάλτου. Πίννοντες θοὸν κλίμακα οὐρανὸν ἐς αἰπύν. τὴν με-

γάλην δηλονότι, attamen quid magna hoc loco transtra sibi velint nescio. Ne multa, corruptum est a librariis μεθεῖναι*), et scribendum:

ἢ θοὸν εἰρεσίας ζυγὸν ἐξόμενον
ποντοπόρῳ καὶ με θεῖναι.

J. e. Jam tempus est, aut — aut celerem remorum ictus transtris insidentem marinae navi me applicare. In quibus θοὸν s. rásch zur that ut bene interpretatur Passovius chorus se ipsum appellat, quippe cui quam celerissime tum ad naves properandum tum remis sit incumbendum. Quem laborem optime accusativus pluralis εἰρεσίας exprimit, siquidem ejusmodi plurales abstractorum concretas species expriment et vim notionis intendunt, ut εἰρεσίαi coeat propemodum cum Pindarico εἰρεσία ἄκορος Pyth, IV, 202, coll. Ol. VIII, 42 ἀμφὶ τεαῖς χερσὸς ἐργασίας. Accedit quod pergit chorus τοῖας ἐρέσσουσιν ἀπειλὰς δικρατεῖς Ἀργεῖδαι καὶ ἡμῶν, quae evidentiter credo ostendunt εἰρεσίας hoc loco majoris momenti esse quam pristinae interpretationi visum sit. Denique ne pronominum τινα et μὲ vicibus offendaris, conferas modo v. 403 sq. ποῖ τις οὖν φύγη; ποῖ μολὼν μενῶ; vel potius κλοπῆν τινα jungas.

Tertium locum, ubi homines docti in explicanda scribarum inertia frustra desudasse et nimium probaturi nihil mihi videntur probasse, affero ejusdem Ajacis vss. 867—869:

Ὅ β!
πᾶ, πᾶ,
πᾶ γὰρ οὐκ ἔβαν ἐγώ;
Ὅ ἀ.
κὸνδεδὲς ἐπίσταται με συμμαθεῖν τόπος.

Quod quo jure contenderim primo aspectu multi acriter mirentur. Nam sensus facillimus est: chorus ad Ajacem investigandum profectus re infecta revertitur et sese, quanquam omnia loca perlustraverit, eum tamen nusquam invenire potuisse conqueritur. Quam plana haec sunt quamque nulli obnoxia difficultati! Jam vero si verba respicimus maxima existit dubitatio et quaeritur num traditus contextus hunc sensum habere possit. Affirmant alii, alii negant. Lobeckius Homeri aucto-

*) Ad verba Ajacis [vs. 372 ὃς χερὶ μὲν μεθῆκα τοὺς ἀλάστορας Wunderus, qui a Neuo adscripta Eur. Bacch. 1024 μεθίει διὰ χερῶν βλάστημ' ἄνω repetit, simpliciore tamen genitivum futurum fuisse annotavit, Lobeckium non videtur percepisse exponentem: qui e manu emittit, idem manu mittit, quibus V. Cl. aditum ad hunc dativum primus, quod sciam, expedire conatus est. Mihi quidam incommođi dativus videtur, manus enim interest ut teneat ἀλάστορας, quanquam vulgo μεθίναται τινὶ τι ita dicitur, ut grati quid fiat, veluti Hom. Il. I, 284 Ἀχιλλῆϊ μεθέμεν χόλον. Schneidewiniana ratio mirum quantum contorta et artificiosa est.

ritate fretus, qui *δέδαιεν* saepius pro docuit usurpaverit, e. c. Od. VIII, 448, XX, 72 al. hic quoque *συμμαθεῖν* pro *διδάξαι* dici putat. Non recte opinor. Neque enim perinde est utrum *μανθάνειν* an *συμμανθάνειν* dicatur, et hoc posito et concesso verbum simplex hac vi usurpari, quod non concedendum est, tamen in compositum valere non posse persuasum habeo. „Elmslejus et Hermannus *ὥστε* subaudiunt, *ἐπίσταται ὥστε με συμμαθεῖν*, quod ferri nequit, siquidem *ἐπίσταται* non potest dici pro *ἐπιστάμενος ποιεῖ*.” Ellendt. Lex. Soph. I. p. 661, quibus eandem Schneidewini rationem damnavit. Sed quam ipse ille V. Cl. proposuit interpretationem: nec ullus locus me sibi conscium esse scit, i. e. cum ipse solus sciat, me conscium arcani expertus non est, ea tam est contorta, ut qui ipsi adstipuletur putem habiturum esse neminem. Profecto jam minus impedit Fr. Jacobsius explicuit: neque ullus locus eorum, quos lustravi, scit, me aliquid in eo didicisse, quo significari hoc ait: nusquam quicquam didici, quod ad rem esset, vel omnes quos perlustravi loci sciunt me nihil ibi didicisse. At ut cetera mittam, qui potuit isto sensu compositum *συμμαθεῖν* adhiberi? Quae quum ita sint, Wunderus desperat hunc locum et se ignorare fatetur quomodo haec explicanda sint, ac recte quidem egit, quandoquidem e corruptis nunquam probi sanive quid proficiscitur atque *οὐδεὶς* pro *ἅπας* positum nullis machinis neque ulla expeditur doctrina. Ecce scin' quid scripserit Sophocles? Nemp:

χοῦδ' εἰς ἐπίσταται με συμμαθεῖν τόπος.

Quae vertenda sunt: Etiam (eo penetravi), ubi fortasse unus locus scit, me alterum in sui notitiam venisse. Adverbium *οὔτε*, de quo adeas Hermannum apud Erfurdt. ad Oed. Tyr. 688, optime hic suam dubitandi vim servat, siquidem pro certo chorus affirmare non potest, se primum in loca inaccessa et a nemine adhuc trita pervenisse. Vides igitur hac ratione praeclaram et vere poeticam sententiam effici, qua piaculum olim commissum et tot tantorumque haruspicum concursu non expiatum primo expiare contigerit.

Tres alii loci, in quos observatio in principio posita cadit, e Philocteta deprompti sunt. Cujus versus 185 sqq. in codd. sic scripti exstant:

ἐν τ' ὀδύναις ὁμοῦ

λιμῶ τ' οἰκτρὸς, ἀνήκεστα μεριμνήματ' ἔχων· βαρεῖ —

α δ' ἀθυρόστομος

ἀχὼ τηλεφανῆς πικρᾶς

οἰμωγᾶς ὑπόκειται.

Quid *ὑπόκειται* sibi velit, ipse Wunderus se ignorare fatetur, qui retinuit non quo profectum id a Sophocle esse contendat sed quod nihil probabilius in mentem venerit. Hermannus correxit *οἰμωγᾶς ὑπ' ὀχρεῖται*, quae conjectura ferri non po-

test. Nam ἤχῳ aut repercussionem soni i. e. quietem in loco denotat fere ut nobis echo hic, illic esse dicitur; tum ὀχεῖσθαι locum habere nequit, nedum ὑπὸ πικρᾶς οἰμωγᾶς ὀχεῖσθαι. Aut ἤχῳ motum sonum significat; tum recte quidem is vehi i. e. ferri, diffundi dicitur, sed inepta sunt verba ὑπὸ πικρᾶς οἰμωγᾶς, quoniam lamentatio suo manet loco, imo recte diceretur οἰμωγῇ ὀχεῖται ὑπ' ἤχοϋς, quia echo speciem et instar lamentationis diffundit. Equidem conjicio οἰμωγᾶς ὑποχεῖται. Jam apud Homerum Od. XIX, 521 Pandari filia Philomela χέει πολυηχέα φωνήν, παῖδ' ὀλοφυσσομένη, cf. αὐδὴν χεῖν Hesiod. Scut. 396. Th. 83. Simon. Cei fragm. 205 (150), 7 εὖ δ' ἐπιθρηεῖτο γλυκερὰν ὄπα Δωροῖσις Ἀρίστων Ἀργεῖος ἡδὺ πνεῦμα χέων καθαροῖς ἐν αὐλοῖς et satis frequens μέλος χεῖν σύριγγι, αὐλοῖς, ac rursus Hom. II. XXIII, 765 καὶ δ' ἄρα οἱ κεφαλῆς χε' ἀντιμέγα διὸς Ὀδυσσεύς et ejusdem Simonidis de vento fragm. 38 (32) Ἀπαλὸς δ' ὑπὲρ κυμάτων χεόμενος Πορφύρεα σχίζει περὶ προΐραν τὰ κύματα. Vides igitur hoc verbum de cantu spiritu ventis adhiberi ac paene solenne esse, nimirum quod undulati aeris flatus liquidis aquarum fluctibus similes sunt. Atqui nonne echo hoc idem verbum quasi factum ad ejus naturam signandam sibi vindicat, quam et cantum flantem et flatum cantantem dicere possis? Nonne item rectissime echo a gemitu effici et provocari dicitur? Jam ἄχῳ hoc loco duo praedicata obtinet, alterum ἀθροστόμος, quod male scholiasta explicat πολυλάλητος, μὴ εἰργομένη τοῦ φθέγγεσθαι ἀθροστόμον δὲ εἶπεν τὴν ἤχῳ ἐπεὶ πρὸς πάντας ἀντιφθέγγεται. Ὁ δὲ νοῦς ἀεὶ δὴ ὀδυρομένου αὐτοῦ, ἤχῳ πρὸς τὸν ὀδυρόν ἀντιφθέγγεται, pejus etiam Wunderus pro ἀεὶ dictum putat. Potius ἀθροστόμος appellatur is, ᾧ στόματι θύρα οὐκ ἐπίκειται, perinde atque ἀθροόλωτος is cui γλώσση θύρα οὐκ ἐπίκειται, ut Theognis ait v. 421, quod de ipsa echo proprie non valet, cui quo plures januae objectae sunt, rupes et similia, eo major effectus paratur, sed per prolepsin poeta echo ita nuncupat, quoniam gemitus Philoctetae e διστόμῳ πέτρῳ vs. 16, e spelunca pervia, patente et orienti soli et occidenti, sonabant ac sic demum echo existere poterat. Itaque hoc priore loco positum praedicatum caussam continet alterius τηλεφανῆς, quod recte Buttmanus explicat quae procul auditur, velut Ai. 54 σύμμικτα λείας ἄδαστα βουκόλων φρονήματα alterum ἄδαστα i. e. nondum distributa armenta caussam adjicit cur σύμμικτα sint. Quae si vere disputata sunt, Schneidewinum quod flebilem Pflugkii conjecturam πικρᾶς οἰμωγᾶς ὑποκλαίει in textum receperit, gravius labi vix potuisse facile concedes; neque amplius Brunckii ὑπακούει, Emperii πικρᾶς οἰμωγαῖσιν ὑπαχεῖ, Rauchensteinii ὑπαεῖδει, E. Hoffmanni ὑποκροῦει tibi arridebit medela, sed a me poetae manum lenissima mutatione reintegratam esse consenties. Verum enim vero codicum e lectione tertium etiam epitheton accederet βαρεῖα, quod multis de caussis stare nequit. Cui primum vo-

latica mobilitas, quae duobus reliquis epithetis exprimitur, accurate refragatur scil. ponderoso indeque ad movendum difficili, ut βαρὸν ἀστράγαλον, δυσκίνητον interpretatur Hesychius. Tum profecto jam est aliquid, echo effici, pluris etiam e longinquo captui idoneam, ut iterum idem hic valeat quod de ceteris, quas tractavimus, locis μηδὲν ἄγαν: contra semper sonitus qui echo efficit gravior est quam echo ipsa ideoque verius οἰμωγὴ hoc praedicatum accipit. Porro πικρῶς οἰμωγῆς nude positum psychologikum tantum, ut ita dicam, epitheton lamentationis offerret, nec de quo nunc agitur soni. Item Ajax Sophocleus prius tantum vs. 317 ἐξώμωξεν οἰμωγὰς λυγρὰς, tum vero v. 321 additur ἀψόφητος ὀξέων κωκυμάτων ὑπεστέναζε, ταῦρος ὄς, βρυχώμενος, *) cui lamentationi simillima Philoctetae v. 209 diserte βαρεῖα τηλόθεν αὐδὰ τρυσάνωρ audit. Praeterea ipsa orationis aequabilitas

*) Haec verba Tecmessae in Ajace vss. 317 — 320:

ὁ δ' εὐθὺς ἐξώμωξεν οἰμωγὰς λυγρὰς,
 ἄς οὐποτ' αὐτοῦ πρόσθεν εἰσήκουσ' ἐγώ.
 πρὸς γὰρ κακοῦ τε καὶ βαρυψύχου γόους
 τοιούσδ' αἰεὶ ποτ' ἀνδρὸς ἐξηγεῖτ' ἔχειν·

ab interpretibus falso enarrata esse censeo. Nam ni egregie fallor Sophocles in his Homerj exemplar ob oculos habuit, apud quem in nono Iliadis libro v. 636 sqq. Ajax Telamonius Achilli exprobat:

σοὶ δ' ἄλληκτόν τε κακόν τε
 θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι θεοὶ θέσαν, εἴνεκα κούρης
 οἴης.

Solent enim poetae lubenter vel frustula de lauta et opipara divini cantoris coena in suum usum convertere. Testimonio sit persimile Pindari exemplum perinde ab interpretibus neglectum, qui postquam Ol. IX, vss. 70 — 75 virtutem Patrocli contra Telephum ad Caicum fluvium celebravit, quae addit ἐξ οὗ θέτιος γ' οὐλίω γόνος ἦν ἐν Ἄρει παραγορεῖτο μή ποτε σφετέρως ἀτερθε ταξιούσθαι δαμασιμβρότου αἰχμῶς aperte Homero debet Il. XVI, 89 μὴ σὺγ' ἀνευθεν ἐμείο λιλαιεσθαι πολεμίζων Τρῳαὶ φιλοπτολέμοισιν· ἀτιμότερον δέ με θήσεις, ac melicus semel ab epico dictum in communem et cuivis occasione idoneam admonitionem mutavit: neutiquam enim haec etiam e Cypriis fluxerunt. Alia id genus exempla diligenti tragicorum lectori affatim suppetent. Neve mihi opponas Tecmessam illi colloquio non interfuisse, ut hic sententiam tanquam hero suo frequentatam repetere posset: quid verisimilius et naturae magis consentaneum, quam quum omnes Graecos tum ipsum Ajacem licet paucorum verborum heroem Achillis otium et imbelles incontinentis querebas crebro commemorasse? Itaque primum ἐξηγεῖτο, de quo dubius haeret Lobeckius, revera dictitabat significat; tum, ut κακός a Sophocle repetitum est, ita βαρύψυχος Homericō ἄλληκτος respondebit, nec demissi vel pusilli animi hominem denotabit, quae cum scholiasta Lobeckii et ceterorum sententia est, sed intemperantis et implacabilis, id quod jam βαρὺς et quae ab hoc descendunt composita arguunt, maxime βαρυστενάχων Ἀχιλλεύς Il. I, 364. Nec tum Ajacis conditio ab ista Achillis nimium distat, hujus Briseide rapta, illius armis negatis, unde duobus sequentibus versibus ejulatus Ajacis cum tracto bovis gemitu confertur et abruptis acutisque lamentationibus opponitur, fere ut προσφῶδια ὀξεία et βαρεῖα distant.

suadet, ut utrique nomini duo epitheta tribuamus, cf. Ellendtii praecepta cognitu dignissima in Lex. Sophocl. II, p. 84 sqq. Postremo metrum ante ἀθυρόστομος longam sibi flagitat syllabam. Quam ut efficeret, olim Boeckhius de metr. Pind. p. 323 legendum ἔχων βαρεῖ. ἃ δ' censuit, etsi tum articulus aliquid de echo tanquam de re nota praedicaret, quae sententia hujus loci esse nequit, tum βαρεῖ ad λιμῶν relatum tot praesertim verbis interjectis mirum quantum langueret. Egregie vero Hermannus ineptiens ἔχων βάρη. ἃ δ' effinxit et βάρη substantivi βάρος pluralem esse voluit, cujus errores Wunderus in annot. exeget. ad v. 185 suae edit. optime explosit. Ut meam uno conspectu repetam sententiam, prioribus servatis ultima sic corrigo:

βαρεῖ —
 ας δ' ἀθυρόστομος
 ἀχὼ τηλεφανῆς πικρᾶς
 οἰμωγᾶς ὑπο χεῖται.

Ejusdem dramatis vss. 628—630 sic exhibentur:

οὐκ οὖν τὰδ', ὦ παῖ, δεινά, τὸν Λαερτίου
 ἔμ' ἐλπίσαι ποτ' ἂν λόγοισι μαλθακοῖς
 δεῖξαι νεὸς ἄγοντ' ἐν Ἀργείοις μέσοις;

Buttmannum νεὸς pro ἐν νηϊ explicantem castigat Hermannus, quippe quod nec comprobari possit exemplis illis, quibus usus sit, neque omnino Graece dictum foret, quocirca ad Viger. p. 881 provocat. Hermannus, recte quidem a navi, vom schiffe her, explicantem tamen castigat Wunderus: inepte enim locutus Philoctetes esset, si a navi quam ne ingressus quidem jam esset, Ulixem se velle abducere et Achivis adducere questus esset. Quocum eo lubentius facio, quod blandis verbis Ulixi tantum opus fuit ad navis ascensum Philoctetae persuadendum, quo facto potens ejus factus nolentem volentem Trojam ducere potuit. Imo ne novitatem quidem rei imago ista de urso vel alia bestia deprompta apte depingeret, siquidem Philocteta semel jam expeditioni interfuit et semel jam ab eodem Ulixe in Lemnum insulam abductus est. Ut igitur in sequentibus illico viperae recordatur, ita hic de repetendo tractu cogitavit, ac poeta scripsit:

δεῖξαι νεὸς ἄγοντ' ἐν Ἀργείοις μέσοις;

et depravatus a librariis accentus interpretes recentiores induxit, ut incredibilia explicarent.

Nec persuaderi mihi potest, quippe qui laesae humanitatis crimen a Sophocle alienissimum agnoscam, Neoptolemum praecedente Philoctetae oratione in amicitiam hujus receptum et arma jamjam accepturum haec respondere vs. 671 sqq.:

οὐκ ἄχθομαι σ' ἰδὼν τε καὶ λαβὼν φίλον.
 ὅστις γὰρ εὖ δρᾷν εὖ παθὼν ἐπίσταται
 παντὸς γένοιτ' ἂν κτήματος κρείσσων φίλος.

Non gravate fero, qui te tam miserabilem hominem adspiciam et amicum accipiam, praesertim quum duae in hunc modum juxta positae notiones negativae οὐκ ἄχθομαι firmiter affirmare soleant. Potius poeta scripserit:

οὐκ ἄχθομαι σὲ δόντι καὶ λαβὼν φίλον.

Quae quum apprime respondeant Philoctetae verbis v. 668 καὶ δόντι δοῦναι ideo depravata sunt, quod tam diu perperam Philoctetae orationem continuerunt.

Aliud exemplum ad sententiam in principio positam comprobendam mihi suppetit Electra, in qua chorus nuntio de fatali illo somnio Clytemnestrae accepto jam Furiam appropinquaturam esse auguratur, tum pergit vs. 495—501:

πρὸ τῶνδ' ἐτοίμ' ἔχει,
 μήποτε, μήποθ' ἡμῖν
 ἄψεγες πελᾶν τέρας
 τοῖς δρῶσι καὶ συνδρῶσιν. ἢ τοι μαντεῖαι βροτῶν
 οὐκ εἰσὶν ἐν δεινοῖς ὀνείροις οὐδ' ἐν θεσφάτοις,
 εἰ μὴ τόδε φάσμα νυκτὸς εὖ κατασχῆσει.

Quae nullam aliam structuram admittunt, nisi hanc: πελᾶν ἡμῖν τέρας μήποτε ἄψεγες τοῖς δρῶσι κ. σ., i. e.: Pro his (piaculis) me tenet cogitatio, nuntium de somnio nobis allatum esse semper aegre ferendum auctoribus facinorum et adjutoribus. Quae quam sint succo sanguineque cassa et quam multis grammaticae et lexicæ dubitationibus obnoxia, interpretes non fugit. Inde Schneidewinus pro ἡμῖν ἄψεγες proponit ἡμῖν μαψεπὲς π. τ., ἄψεφες Dindorfius et Kayserus, qui τέρας de quovis signo eventum praeunte accipit et τοῖς δρῶσιν pro appositione ad ἡμῖν (?). Qui saltem hoc intellexit, non posse poetam τέρας nuntium de somnio vocare, deinde φάσμα νυκτὸς somnium ipsum. At memor illius μηδὲν ἄγαν omnino triplici miraculorum commemoratione offendi nec tam intempestivam sententiarum verborumque farraginem Sophocli obtrudere debuit. Ne multis morer, unum τέρας hoc loco vitium traxit, et scribendum est:

μήποτε, μήποθ' ἡμῖν
 ἄψεγες πελᾶν πέρας
 τοῖς δρῶσι καὶ συνδρῶσιν.

Hoc enim dicit chorus: Pro his igitur piaculis cogitatio me tenet, nunquam, nunquam nobis non vituperandum (i. e. probabilem) finem appropinquaturum esse facinorum auctoribus et adjutoribus. Πελᾶν autem non est praesens verbi πελάω sensu perfecti absoluti, sed futurum Atticum

verbi *πελάζω*. Priora bene expedit Hermannus: „Aug. C. *πρὸ τῶνδ' ἐτοίμ' ἔχει θάρσος* Ultima vox ex interpretatione adjecta. Non est omissum hic nomen, quale est *ἐννοια*, sed ipsa illa cogitatio sequentibus verbis expressa est. Vide ad Viger. p. 873. Similiter, nisi quod *τόδε* addidit, quia praecesserat, quam innuit, sententia, Aeschylus Prom. 534 *ἀλλὰ μοι τόδ' ἐμμένοι, καὶ μήποτ' ἐκτακείη*. Alia exempla vide apud Reisigium Comm. crit. in Oed. Col. p. 242.” Nihilominus illud *ἔχει με* difficilius videtur quam quod audientes illico percipere potuissent, unde Kayserus *πρὸ τῶνδ' (Furiarum) ἔχω θάρσος* conflavit, Schneidewinus speciose quidem *πρὸ τῶνδ' ἐτοιμ' ἔχει*, in promptu est, proposuit, sed nequaquam adducor ut credam *ἐτοιμα ἔχει* poetis dici licuisse pro pedestri *ἐν ἐτοιμῳ, ἐτοιμῳς ἔχει*, quum ejusmodi praeceptum coeat cum doctrina pinguis Minervae, *ἔχειν* nonnunquam idem valere atque *εἶναι*. Imo nunc me suspicio subit, corruptum demum *τέρας* pro *πέρας* originem dedisse isti *μ' ἔχει* sive absoluto sive ad *θάρσος* adaptato, atque olim adfuisse:

πρὸ τῶν δέος μ' ἔχει,
pro his piaculis timor me tenet e. q. s.

Quibus ad calcem unum in libris corruptum locum subjicere juvat, quem emendaturus ipse Hermannus non ultra, sed citra fines recti pulcrique peccavit putidamque Sophocli et sententiam et elocutionem obtrusit. Est hic Trachiniarum vss. 1018 sqq., ubi postquam Hercules Nessi peplo venenatus prae nimis doloribus comites maximeque senem amicum rogavit, ut ipsi necem conscisceret, senex Hyllum alloquitur hisce:

*ὦ παῖ τοῦδ' ἀνδρός, τοῦργον τόδε μεῖζον ἀνήκει
ἢ κατ' ἐμὰν ῥώμαν· σὺ δὲ σύλλαβε. σοί τε γὰρ ὄμμα
ἔμπλεον ἢ δὲ ἐμοῦ σφίζειν.*

Quae verba quum vitii notam in fronte gerant, Hermannus conjecit: *σοί τε γὰρ ὄμμα ἐν (ἐνεστι) πλέον ἢ δὲ ἐμοῦ σφίζειν*. His aliquem, si dis placet, sensum effecit, Sophocleum hunc stilum non esse quisque sponte intelligit. Quapropter Schneidewinus recte verba foedius corrupta esse arbitratur, quum nec pateat quid oculus Hylli ad rem conferat nec quid *ἔμπλεον* significet, quum denique *τε γὰρ* apud Sophoclem hoc uno tantum loco appareat. Quam quidem formulam plane Latino etenim respondentem sequioribus demum oratoribus et Aristoteli adscribendam esse recte Bernhardyus docet in synt. p. 483 adn. 13. Equidem his omnibus dubitationibus obviam venire et verum textum restituere mihi videor hoc invento:

*σοί τι γὰρ ὄμμα,
ἔμπλεον ἢ Αἰδον σφίζειν.*

J. e. tibi species quaedam est, innatantia nae Orco servare. Nota res est, ὄμμα etiam speciem sive adspectum denotare. Tum Ἰδου simili modo hic corruptum est quam in Cyclope Euripidis 360 δίδου μαγείῳ ex Ἰδου μαγ.*) Denique ἐμπλεον non adjectivum est refertum s. plenum, sed participium praesentis verbi ἐμπλεῖν, quod Orco bene convenit, cf. El. 137 ἀλλ' οὔτοι τόν γ' ἐξ Ἰδα παγκοίνου λίμνας πατέρ' ἀνστάσεις οὔτε γόοισιν οὔτ' ἀνταίς, Pind. Nem. VII, 30 ἀλλὰ κοινὸν γὰρ ἔρχεται κῆμ' Ἰδα, πέσε δ' ἀδόκητον ἐν καὶ δοκίοντα, Fragm. 108 (107) βαρυβόαν πορθμὸν Ἀχέροντος, Pyth. XI, 21 Ἀχέροντος ἀκτὰν παρ' εὐσκίον. Neutrum autem genus participii collectivum sensum obtinet, de quo compares Ant. 659 εἰ γὰρ δὴ τά γ' ἐγγενῆ φύσει ἄκοσμα θρέψω, κάρτα τοὺς ἕξω γένους, Aj. 1022 πολλοὶ μὲν ἐχθροί, παῦρα δ' ὠφελήσιμα, Oed. R. 261 κοινῶν τε παίδων κοίν' ἄν, εἰ κείνῳ γένος Μῆ' ὀδυστήχησεν, ἣν ἂν ἐκπεφυκότα coll. Aj. 53, Herod. V, 110 τὸ ἄριστον, IX, 63 τὸ περὶ ἐκείνον τεταγμένον, ἐὼν ἰσχυρότατον, ἔπεσεν. Consulto autem neutro utitur senex, quia non solum de Hercule Nessi peplo venenato nunc cogitat, sed Cerberi ab ipso Hercule ex Orco accessiti recordatur, universim autem filii habitum corporis paterno non absimilem judicat. Nam de Hercule Apollodorus bibl. II, 4, 10 Ἦν δὲ καὶ θεωρηθεὶς φοβερός, ὅτι παῖς Διὸς ἦν. τετραπηχναῖον μὲν γὰρ εἶχε τὸ σῶμα, πυρὸς δὲ ἐξ ὀμμάτων ἔλαμπεν

*) In Oedipo Coloneo v. 1568 sqq. chori verba de Cerbero consentiente codicum scriptura sic exhibentur:

ὃ χθόνια θεαί, σῶμά τ' ἀνικατόν
 θερός, ὃν ἐν πύλαισι
 φασὶ πολυζένοις
 εὐνάσθαι, κνυζεῖσθαι τ' ἐξ ἄντρον
 ἀδάματον φύλακα παρ' Ἰδα
 λόγος αἰὲν ἔχει.

Hermannus genitivum Ἰδα in dativum Ἰδα correxit, Bernhardus in synt. p. 256 παρ' Ἰδα locali sensu prope, nahe defendere studet. At vero ante omnia ineptis synonymis φασὶ et λόγος ἔχει et praeterea collocatione adverbii αἰὲν ad φύλακα sic referendi offendimur. Unde Schneidewinus proposuit παρ' Ἰδα λάχος αἰὲν ἔχειν, sed hac violenta conjectura non opus est, modo construas: ὃν τε (θῆρα) λόγος παρ' Ἰδα αἰὲν ἔχει φύλακα, ἀδάματον κνυζεῖσθαι et λόγος παρ' Ἰδα jussum s. edictum Plutonis exponas, fere ut v. 1661 ἦ τις ἐκ θεῶν πομπός, i. e. von Seiten der goetter bestimmt legimus. Ne accusativum c. inf. in orationem rectam versum mireris, cf. Ant. v. 625 τὸ κακὸν δοκεῖν ποτ' ἐσθλὸν τῷδ' ἔμμεν ὅτω φρένας θεὸς ἄγει πρὸς ἄταν, πράσσει δ' ὀλιγοστὸν χρόνον ἐκτὸς ἄτας (non πράσσειν), Hom. Il. I, 397 — 401. II, 11 — 14. XXIV, 608. Aesch. Eum. 344. Cho. 283 sqq. Eur. Iph. Taur. 1214. Arist. Eq. 135. Ran. 428. Constructio ἀδάματον κνυζεῖσθαι autem ex imitationibus poetarum Latinorum, velut Horatianis calidum condere, doctum tendere, fortis tractare, celer sequi, audax perpeti adeo in vulgus nota, ut Graeca dicatur.

ἀγγλῆν, ubi non debuit Heynius verba *ὅτι παῖς Διὸς ἦν* inepte assuta censere, potius pro *φοβερός* legendum erit *φανερὸς*. Ceterum ex hoc loco vel ei accedet auctoritas qui *ὄμμα* simpliciter oculum velit interpretari.

Hucusque tractati loci omnes ejusmodi fuerunt, ut ex ipsis litterarum vestigiis poetae mentem et manum satis tuto recognoscere licuerit. Multo difficilius et periculosae plenum opus aleae est, delitescens fontibus lacunas librorum explere, unde si minus quid verum sit, quod plerumque deus aliquis viderit, sed tamen quid verisimillimum et communi sapientum arbitrorum plausu dignissimum eliciatur. Quod opus universim satius erit iis relinquere, qui hodie Hermanno (e. c. in canticis Euripideis restituendis) pares vel similes aequae poetae ac critici partes suscipere callent: nihilominus ter periculum feci an iis quae adsunt complementis verisimiliora possem invenire, quae tentamina faustis benevolus lector accipiat auspiciis.

Quot quantosque tumultus unius syllabae defectus ciere possit, Antigoniae versus 348 sqq. testantur, qui consentiente librorum scriptura sic leguntur:

κρατεῖ δὲ μηχαναῖς ἀγραύλου
 θηρὸς ὄρεσσιβάτα, λασιαύχενά 9
 ἵππον ἄξεται ἀμφίλοφον ζυγόν,
 οὔρειόν τ' ἀδμηῆτα ταῦρον.

Futurum *ἄξεται* quum ferri nequeat, Hermannus conjecit: *λασιαύχενά 9 ἵππιόν ἐξέτε ἀμφὶ λόφον ζυγοῦ, οὔρειόν τ' ἀδμηῆτα ταῦρον*, quem multi deinceps varia tentantes secuti sunt. Summa cum fiducia nuper Schneidewinus *λασιαύχενά 9 ἵππον ὀχμαῖζεται ἀμφίλοφῶν ζυγὸν οὔρειόν τ' ἀκμηῆτα ταῦρον* edidit et annotavit: „das Wahre traf G. Schoene: vgl. Eur. El. 817 *ἐκ τῶν καλῶν κομποῦσι τοῖσι Θεσσαλοῖς εἶναι τόδ', ὅστις ταῦρον ἀρταμεῖ καλῶς Ἴππον τ' ὀχμαῖζει*. Nach Schol. Ap. Rh. I, 743 *κυρίως ἐστὶν ὀχμαῖσαι τὸ ἵππον ὑπὸ χαλινὸν ἀγαγεῖν ἢ ὑπὸ ὄχημα*. Ausserdem habe ich *ἀμφίλοφῶν* gewagt, da *λόφωσις, λοφωτός* auf *λοφοῦν* fuhren, d. h. *περιβαλὼν αὐτῷ ζυγὸν περὶ τὸν λόφον*, ihm umhalsend das Joch.“ Verum enim vero religiosiorem audiamus Boeckhium p. 233 adn. 1.: „Vs. 347 finde ich keine der bisherigen Verbesserungen einleuchtend; ich habe mit Hermann *ἵππον* geschrieben wegen des Versmasses, und *ἀμφὶ λόφον*, statt *ἵππον* und *ἀμφίλοφον*: denn unabhaengig vom uebrigen scheint doch beides erforderlich; was aber mit den andern Worten anzufangen, ist mir bis jetzo noch nicht klar, und was ich darueber vermuthete, ohne es voellig erhaerten zu koennen, ziehe ich vor zu unterdruecken. Franz hat mir folgenden Ver-

besserungsvorschlag mitgetheilt: ἵππον ὀχμαίεται ἀμφὶ λόφον ζυγῶ (vgl. Eurip. Elektra 817).” Vides igitur summum virum illi ὀχμαίεται nullam fidem habere, nec mihi placet, tum quod hoc verbum, et activa quidem forma, de habenis magis videtur usu venisse, ut in Euripideo de Thessalis equitibus loco, ideoque cum jugo et tauris male coit, tum vero, quod nullo omnino verbo finito opus est. Quid enim? Πλα κρατεῖ δὲ μηχαναῖς ἀγραύλου θηρὸς ὀρεσσιβάτα quodnam animal significant? Num bestias aut feras? At harum jam v. 345 καὶ θηρῶν ἀγρίων ἐθνη mentio facta est. Num forte capras? Quibus imperandi ars profecto non magni aestimanda foret. Imo ipsos equos liberos et feros ἄγραυλος denotat, ipsos tauros οὐρείους diserte ὀρεσσιβάτης. Jam intelliges, ultima particula τὲ et simplici participio ζυγῶν multo aptius annecti quam addito verbo finito. Scholiastam autem ζυγῶν legisse nemo negabit enarrantem: ἀμφίλοφον ζυγόν. ἀντὶ τοῦ περιβαλῶν αὐτῶ ζυγόν περὶ τὸν λόφον ὑπάγει. ἢ ἀμφίλοφον, τὸν ἀμφιτράχηλον, τὸν ἀμφοτέρωθεν συνέχοντα τοὺς λόφους τῶν ὑποζυγίων. καὶ λείπει ἢ ὕπο. ὑπὸ ζυγόν ἄγει, i. e. ὑποζυγῶν. Neque illud dubium esse potest, quem in finem hic equus et taurus jugentur: nam de arando sermonem esse non posse superiora ostendunt 337 sqq. Γὰν ἄφθιτον ἀκαμάταν ἀποτρύεται, εἰλομένων ἀρότρων ἔτος εἰς ἔτος, ἱππέω γένει πολεῦον, quae itidem Schneidewini conjecturam ἀκμήτα pro ἀδμήτα irritam reddunt, nec de equitando, demonstrat jugum et intimum equi cum tauro commercium. His praemissis meam conjecturam proferam, qua unius iota jacturam facimus:

κρατεῖ δὲ μηχαναῖς ἀγραύλου
 θηρὸς ὀρεσσιβάτα, λασιαύχενά θ'
 ἵππον ἀμαξέα τ' ἀμφὶ λόφον ζυγῶν,
 οὐρείον τ' ἀδμήτα ταῦρον.

Prius τὲ exprimit et equum λασιαύχενον esse et taurum, de quo hymnus Hom. Merc. v. 224 οὔτε λύκων πολίων, οὔτ' ἄρκτων, οὔτε λεόντων. Οὐδέ τί κεν ταύραν λασιαύχενος ἔλλομαι εἶναι, Ὅστις τοῖα πέλωρα βιβῆ ποσὶ καρπαλίμοισιν, ut ergo Sophocles etiam λασιαύχενας scribere potuisset, alterum τὲ autem parem domitorum sortem. Βοῦς ἀμαξεύς enim e quovis lexico cognosci potest. Ne mireris ultimam syllabam accusativi correptam, recordare φονεῖα ter apud Euripidem tribrachyn efficere v. Porson. ad Eur. Hec. 256. Seidler. ad Electr. 594 et cfr. Θεσεία in Oed. Col. 1055. 1458. ibique Elmslejum. Neque epici raro post vocalem brevem hoc α corripunt; poterit tamen etiam synizesis statui, de qua adeas Lobeck. ad Ai. 104 et I. Monk. ad Eur. Alc. 25. Ceterum corruptela mihi exinde repetenda videtur, quod perinde ac nostrates veteres jam lectores verbum

finitum desiderantes a litterarum ductibus simillimum ἄξεται ex ἐπάξεται vs. 359 huc intruserunt.

Ejusdem dramatis versus 110 sqq. vulgo sic leguntur:

ὄν ἐφ' ἀμετέρῃ γῆ Πολυνείκης
 ἄρθεις νεικέων ἐξ ἀμφιλόγων
 ὄξεα κλάζων
 αἰετὸς ἐς γᾶν (ὄς) ὑπερέπτα,
 λευκῆς χιόνος πτέρυγι στεγανός.

Magis ut lacunam expleret quam ut sententiam olim expressam redintegrare vellet, Boeckhii ἀγαγὼν θούριος ante ὄξεα κλάζων introduxit Hermannus obsecutus, qui participium, quod adducens significaret, desideraverat. Jam vero recte Schneidewinus Scaligeri et Mudgii emendationem primi versus ὄς — Πολυνείκους pro ὄν — Πολυνείκης restituit. Namque totus exercitus cum aquila comparatur, quae excita (ἄρθεις) terram Thebanam (εἰς γᾶν) irruit, praedae illic cupida (ἐπὶ γῆ). Quum igitur Boeckhianum complementum non amplius quadret, ego novum, liceat enim mihi quoque conjectando ludere, propono hocce:

μεμῖαὼς τηλόθεν, ὄξεα κλάζων
 αἰετὸς κτλ.

Conferas Pindarica Nem. III, 80 ἔστι δ' αἰετὸς ὠκὺς ἐν ποτανοῖς, ὃς ἔλαβεν αἰψα, τηλόθε μεταμαιόμενος, δαφουινὸν ἄγραν ποσίν. Hanc conjecturam amplector tum quoniam clangori concinit, qui esurientium aquilarum est, tum quod conditioni Argivorum Thebanos agros invadentium. Dindorfius sane et Schneidewinus nullo omnino additamento opus esse censent, quod anapaestica systemata non ad amussim necesse sit sibi respondeant, at sex integrarum syllabarum jactura mihi major videtur, cui merum recentissimorum editorum metra constituendi arbitrium satisfaciatur, ac malo indocilis a Boeckhii partibus stare, qui aequae huic rationi diffidens (pag. 253 not. 1) in systemate vs. 803 (833) sqq. lacunam exstare nec dimetri defectum metrō anapaestico excusari censuit.

Verba Ajacis v. 403 sqq. in codicibus sic scripta exstant:

ποῖ τις οὖν φύγη;
 ποῖ μολὼν μενῶ;
 εἰ τὰ μὲν φθίνει, φίλοι,
 τοῖςδ' ὁμοῦ πέλας,
 μωραῖς δ' ἄγραῖς προσκείμεθα,
 πᾶς δὲ στρατὸς δίπαλτος ἂν με χειρὶ φονεύοι.

Quae lacunosa esse et plura quidem intercidissee ex numeris versuum antistro-

phicorum verissime ab Hermanno restitutis manifesto apparet. Jam Schneidewinius Lobeckii partim vestigiis insistens haec dedit:

εἰ τὰ μὲν φθίνει, φίλοι, τίσις δ'

ἰμοῦ μ' ἔλῃ, μόραις δ' ἄγραις προσκείμεθα, κτλ.

Qui exponit: Wenn τὰ μὲν auf den 399 ausgesprochenen Gedanken zurückweist, dass von keiner Seite Hilfe zu hoffen, gewinnen wir den Sinn: „Wohin soll ich mich wenden, wenn alle denkbare Rettung dahin ist, Rache aber mir auf der Ferse folgen wird, und ich wahnwitzigem Fange obliege, das ganze Heer aber wird mich tödten wollen?“ Quae quidem ratio, ut dicam quod sentio, mihi non uno loco displicet. Nihil enim contortius et difficilius excogitari potest quam φθίνει sic ad procul distantia relatum, pro quo insuper perfectum tempus exspectes. Tum ἔλῃ et προσκείμεθα sibi obloquuntur, atque aegre adducor, ut sanatum Ajacem de redeunte insania cogitantem statuam. Denique omnino haec nimia est post praegressam orationem simplicissimam rerum sententiarumque congeries. Unde Hermannus Lobeckii recens inventis jam cognitis in litteris ad Wunderum datis hunc locum desperavit, nec postea quisquam mea sententia probabilia elicit neque unquam eliciet, donec illa in principio posita εἰ τὰ μὲν φθίνει siverit intacta. Quae mihi quidem integro ad legendum accedenti tam absurda visa sunt ac si Nebucadnezar inter pecudes campi graminibus vescens ab antistite christiano verba faciens induceretur, nec vero a Sophocle Ajax Telamonius. Praeterea statim in mentem venit, πέλας nonnisi glossema esse ad ἰμοῦ in tanta textus strage perperam intrusum, cf. Phil. 1218 νεὼς ἰμοῦ στείλων, ubi schol. ἰμοῦ· ἐγγύς. Lex. Phot. ἰμοῦ· ἀντὶ τοῦ ἐγγύς· ἔστι δὲ τοῦτο πολὺ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ὡς καὶ Μένανδρος ἤδη γὰρ τοῦ (τῷ Meinekius) τίπτειν ἰμοῦ, Ant. 1180 καὶ μὴν ὄρω τάλαρναν Εὐρυδίκην ἰμοῦ, Aristoph. Pac. 513 καὶ μὴν ἰμοῦσιν ἤδη. Tum vero manentis hic cum choro Ajacis conditionem descriptam fuisse quum duo antecedentes versus doceant, tum ultimus diserte suadet, in quo δίπαλτος non cum Hermanno ad Homericum exemplar, ἔχων δύο δοῦρε, interpretor, ita ut sit bene armatus, nec cum Didymo, ἀμφοτέραις ταῖς χερσίν, οἷον περιδεξίως με φονεῖοι· παντὶ σθένει, sed in utramque partem, dextram et sinistram, versus gladio, quia exercitui idem instrumentum Ajax praebebit quo ipse usus est, ἀμφηκες ἔγχος v. 286, et cunctum exercitum sibi uni carnifici opponit. En a me conflata accipe:

εἴτε μὴν φθίσει

ποιμνίοις ἴση

τοῖσδ' ἰμοῦ, φίλοι,

μόραις δ' ἄγραις προσκείμεθα;

πᾶς δὲ στρατὸς δίπαλτος ἂν με χειρὶ φονεῖοι.

Quae transfero: An revera accumbimus prope hosce greges in eundem interitum et prope brutas feras? De εἴτε crebro sic apud tragicos in altero tantum membro posito videsis Hermann. ad Viger. p. 834. Heindorf. ad Plat. Soph. p. 224. D. coll. Oed. R. 517 λόγοισιν εἴτ' ἐργοισιν, Aj. 178 ἢ ὅα κλυτῶν ἐνάρων ψευσθεῖσ', ἀδώροις εἴτ' ἐλαφαβολίαις; De προσκείσθαι φθίσει compares Electrae v. 240 εἴ τῳ πρόσκειμαι χρησιῶ, 1040 ᾗ σὺ πρόσκεισαι κακῶ coll. Aj. 611 θεῖα μανία ξύναυλος. Ac fieri potuit, ut sciulus qui φθίσει nempe pessimimum neutrali sensu futurum putaret, hoc et cetera corrumperet. Jam attendas velim ad collocationem verborum, qua efficitur, ut dativus ποιμνίοις τοῖςδε et ex ἔσθι φθίσει et ex προσκείμεθα ὁμοῦ pendeat, sicque et vocativo φίλοι medio interjecto praeter vivas adhuc pecudes, μωραῖς ἄγραις, cf. v. 63 et recordare arietis, quem Ulixis loco male mulcare voluerat, praeter has inquam mactatae etiam significantur ac vivida loci imago existat. Denique singuli versus, quos secundum Wunderum constitui, tres monom. troch. hyperc., dim. iamb., denique dim. iamb. hyp. cum adonio nunc ad amussim antistrophicis respondent.

Non dubito, quin his multis et prudentibus arbitris audacius crisin exercuisse et sententias magis quam singula verba curasse videar. Quorum favorem haud scio an reconciliare mihi possim sequentibus, quibus plures versus stationem suam jamjam deserturos in integrum restituere et a summo rerum nostrarum columine Sophocle Theoninum dentem omnia corrodentem arcere conabor. Odi enim rationem his extremis lustris mirum quantum acceptam nec solum in Euripideis sed in Sophocleis etiam tanquam morbum grassantem, qua levissimis de caussis atque omni scholiorum et codicum auctoritate susque deque lata integris vel versibus vel adeo versuum fasciulis bellum indicunt proscriptionesque minitantur: quae ausi quasi actores partibus bene actis facile furiosorum credulorumve plausum sibi conciliant, scilicet „ubi est cadaver, colliguntur vultures.” Quorum satis multos jam Schneidewinus erroris convicit, at ipsos signiferos et praesules interdum lapsos esse jam sum comprobaturus:

In Oedipo Rege, cujus versus 1280. 81 jam supra tuitus sum, tetrametri trochaici 1524—1527, quibus chorus summam quandam totius fabulae conficit, vulgo sic leguntur:

ὦ πάτρας Θήβης ἐνοικοι, λεύσσει, Οἰδίπους ὄδε,
ὅς τὰ κλείν' ἀνίγματ' ἤδη καὶ κράτιστος ἦν ἀνὴρ,
ὅστις οὐ ζήλω πολιτῶν καὶ τύχαις ἐπιβλέπων,
εἰς ὅσον κλύδωνα δεινῆς συμφορᾶς ἐλίλυθεν.

Hos Erfurdcius et Corayus in observv. ad versionem Gallicam Char. Theophr. p. 261 sqq. ita interpretantur, ut ζήλω καὶ τύχαις pro ζηλωταῖς τύχαις et ἐπιβλέπων pro φθονῶν dictum putent hoc sensu: qui civium prosperitati nunquam invidens. Bonitatem quippe animi regii indicari. At, ut per linguae leges hunc locum ita interpretari liceat, quod propter ὅστις mihi dubium, tamen sententia quae hac interpretatione efficitur, huic loco minime convenit. Qui ὅστις in ὅς τις dispescuit Schneidewinus languidum sensum in languidiorem mutavit. Melius Hermannus tertium verum sic scriptum effert:

ὃν τίς οὐ ζήλων πολιτῶν καὶ τύχαις ἐπιβλέπων;

et vertit: quem quis civium non felicem praedicavit inviditque fortunae ejus? Verum enim vero primum ὃν τίς οὐ—ἐπιβλέπων, cujus gratia ζήλω in ζήλων mutavit, quomodo nullo verbo finito addito Graece dici possit equidem cum ceteris editoribus non assequor. Quod vero in omnes interpretationes cadit, verbi ἐπιβλέπειν notio invidendi singularis est, cujus alterum exemplum in casum quaesivi, unde Ellendtius ταῖς τύχαις ἐπιβλέπων pro καὶ τύχαις ἐπιβλέπων conjecit, neque item pluralis τύχαι, fere ut μόρος, tragicis tam secundas res exprimere solet quam adversas, vid. Seidler. Eur. Tro. 364. Adde quod eadem sententia satis exiliter bis, altero loco glossematis instar, exprimeretur. Quid igitur faciendum restat in re trepida? Delendus credo versus erit cum Dindorfio, quae ratio omnium commodissima est. Imo paucis mutandis in integrum restituendus erit et sic scribendum:

ὅς τίς οὐ ζήλω πολιτῶν! καὶ τύχαις ἔτι βλέπων
εἰς ὅσον κλύδωνα δεινῆς συμφορᾶς ἐληλύθει!

In quibus τίς, quantus, aestimationis est fere ut in Pindaricis τί δέ τις, τί δ' οὐ τις; sive in Arist. Av. 155 τίς ἔσθ' ὁ μετ' ὀρνίθων βίος; cf. Bernh. Synt. p. 433, dativus ζήλω autem prorsus eandem vim habet quam in Aesch. Agam. 136 ἐπίφθορος ... πιανοῖσιν κισὶ πατρός, nach ihnen zu schliessen, alibi, vid. Bernh. l. l. p. 102. Tum verba ἔτι βλέπων tantum abest ut otiose in cumulum velut addantur, ut totius orationis paene cardinem moveant. Quorum duplex, ne dicam triplex pōndus est: tum enim tempus indicant, eo ipso tempore, quum Oedipus adhuc oculis uteretur quumque invidia adhuc dignus videretur, quibus chorus cunctum regni tempus comprehendit quibusque post sequentia, ὥστε θνητὸν ὄντα — μηδέν' ὀλβίξειν, multo nervosius annectuntur; tum vero arctissime cum sequentibus cohaerentia mancam et non sufficientem mentis aciem illius Oedipi (Wisselin sive insipiens sapiens, nam Οἰδί — πους radicem ἼΑ continet) exprimunt perinde ac nos dicimus noch mit sehenden Augen, et κλύδωνα imaginem de gubernatore depromit, qui licet peritissimus [nihilominus inscius et invi-

tus navem in tumultum aquarum et gurgitem direxit, certo mox naufragium passurus. Neque enim haec verba tam infortunium, in quod tum inciderat Oedipus, suspendium uxoris, caecitatem, regni jacturam, exsilium indicant, quam unde manabat illud piacula commissa, patris caedem et incestuosas nuptias una cum solio concesso. Rem ita se habere Tiresiae verba v. 422 sqq. evidenter demonstrant: *διαν καταίσθη τὸν ὑμέναιον, ὃν δόμοις Ἄνορμον εἰσέπλευσας, εὐπλοίας τυχῶν;* cf. etiam v. 831 sqq.: *ἀλλ' ἐκ βροτῶν βάλην ἄφαντος πρόσθεν ἢ τοιάνδ' ἰδεῖν κηλῖδ' ἔμαντῶ συμφορᾶς ἀφιγμένην.* Quae caussa est, cur lenissima mutatione perfectum *ἐλήλυθεν* in plusquamperfectum mutavi. Ceterum eundem in finem chorus sapientiam Oedipi, soluto Sphingis aenigmate celeberrimam, jam in principio orationis suae praeter potestatem regiam extulit, quam tamen ipsam solutionem Tiresias *τύχην* v. 442 adversus Oedipi *τέχνην* et *γνώμην* appellaverat, neque abs re erit Oedipi verba conferre vss. 1271—1274 *ἰδοῦνεκ' οὐκ ἔφαντό νιν Οὔθ' οἷ' ἐπάσχειν, οὔθ' ὀποῖ' ἔδρα κακὰ κτλ.*, quibus me iudice *καταστροφῇ* totius fabulae continetur. Nec vero chorus tantum Oedipi exemplo illud probat, quod Pseudo—Phocylides ex Esaia expressit:

μη γανροῦ σοφίη, μήτ' ἀλκῆ, μήτ' ἐνὶ πλούτῳ,
sed diserte etiam vim commemorat, qua in tot tantasque calamitates actus sit, nempe *τύχαις* i. e. fortunae ludibriis et vicibus, quas quum nemo fuisset quin secundas judicaret indeque Oedipo invideret, quumque ipse gloriatus esset v. 1080 sq.: *ἐγὼ δ' ἔμαντὸν παῖδα τῆς Τύχης νέμων Τῆς εὖ διδούσης, οὐκ ἀτιμασθήσομαι,* tamen prorsus in contrarium cessisse eventus demonstravit, unde data opera media vox electa et collocatione insignita est, quae ex pristina lectione et interpretatione plane delituit evanuitque. Postremo me verum vidisse non ultimum documentum Euripides praebet, qui in exitu Phoenissarum Sophoclem aperte imitatus — Valckenarius, quippe cui de tempore utriusque fabulae nondum constaret, compilatorem cum compilato commutavit — v. 1761 sqq. diserte canit:

ἀλλὰ γὰρ τί ταῦτα θρηνῶ καὶ μάτην ὀδύρομαι;
τὰς γὰρ ἐκ θεῶν ἀνάγκας θνητῶν ὄντια δεῖ φέρειν.

Nonne autem hoc ipso nomine *τύχαις* chorus non eluctabilem Fati necessitatem, saepe Sophocli *ἀναγκαίαν τύχην* nuncupatam, cujus in potentia manifestanda tota tragoedia (Schicksalstragödie) versatur, optime agnovit? Nonne omnino sic integerrimum atque omnibus numeris absolutum de consilio et argumento fabulae iudicium exercet et saltem abiturus de scena superior actione apparet, qui ad hunc diem una et consentiente arbitratorum voce inferior dicatur? Haec velim docti homines accuratius perpendant, hunc Oedipi videntis exitum cum argu-

mento caeci Oedipi sive Colonei conferant, ubi invenient, in quo adhuc industriam suam exercent.

In Trachiniis Dejanirae verba vss. 79—85 in omnibus libris MSS. sic offeruntur:

ὡς ἢ τελευτήν τοῦ βίου μέλλει τελεῖν,
ἢ τοῦτον ἄρας ἄθλον εἰς τὸν ὕστερον
τὸν λοιπὸν ἤδη βίοτον εὐαίων' ἔχειν.
ἐν οὖν ῥοπῇ τοιᾶδε κειμένῳ, τέκνον,
οὐκ εἰ ξυνέρξων, ἠνίκ' ἢ σεσώσμεθα,
ἢ πίπτομεν, σοῦ πατρὸς ἐξολολότος;
κείνου βίον σώσαντος, ἢ οἰχόμεσθ' ἅμα;

Primum jam exitu secundi versus offendimur. Solent quidem poetae quum alii omnes tum tragici potissimum tempus nonnunquam verbosius denotare, quo spectant Sophoclea πολὺν, πολὺν δαρόν τε χρόνον Aj. 414, κατ' ἡμαρ αἰεῖ, Tag vor Tag, Oed. Col. 683 coll. αἰὲν ἐπ' ἡματι 688, οὐκ ἔτι—ἔτι Phil. 1133 coll. Pind. Nem. IX, 47 οὐκέτι ἔστι πόρσω, οὔποτε .. πω (ποιτέ) Trach. 159, αὐθις αὐ πάλιν Phil. 952 et ἤδη ὕστερον εἰσοπίσω 1104 ad cruciamenta sententiae exaggeranda, παλαιᾷ ἀμέρῃ λευκῶ τε γῆραι Aj. 625 coll. γῆραι τε καὶ χρόνῳ μακροῦ El. 42. *) Aliorum exempla congesserunt Tafel. Dilucc. Pind. p. 91 sq. ad Ol. II, 29 βίοτον ἄφθιτον τὸν ὄλον ἀμφὶ χρόνον, et Meineke ad Menandr. p. 182 coll. p. 214. Attamen verba εἰς τὸν ὕστερον ante sequentem versum, qui totus est in eadem notione accurate definienda, ferri nullo pacto possunt. Quapropter Koechlyus

*) Codicum lectionem in Electra v. 1074 sqq.: πρόδοτος δὲ μόνα σαλεύει Ἠλέκτρα τὸν αἰὲ πατρὸς δειλαία στενάχουσ', hodie fortasse Bernhardus ipse non diutius durissima ellipsi γόον (Synt. p. 190) tuebitur. Nec Dindorfii inventum τὸν εἰδὸν πότμον ferendum esse, quod αἰὲ deleat, recte censet Schneidewinus. Qui Ἠλέκτρα glossema esse arbitratus ἂ παῖς, πότμον αἰὲ π. σι. ausus est recipere. Ac de glossema quidem consentio, ceterum nonne licebit pro audaciore πότμον Homericum ἄτον inducere et scribere ἂ παῖς, ἄτον αἰὲ πατρὸς δειλαία στενάχουσ'? Tum genitivus πατρὸς a στενάχουσα pendebit, cf. v. 1117 κλαίεις τῶν Ὀρεστίων κακῶν, Phil. 715 πώματος ἡσθη, 1125 γελᾷ μόν, vid. de genetivo verbis affectuum adjuncto Bernh. Synt. p. 141. 42, qui hunc Sophoclis usum omisit. Idem l. l. p. 174 Antigona versus 1184 sq.:

πρὸς ἔξοδον στείχουσα, Παλλάδος θεᾶς

ὅπως ἰκοίμην ἐν γμάτων προσήγορος.

ita explicat, ut Homericus νόστον Ἀχαιῶδς ad instar ἔξοδον Παλλάδος jungatur, quae ratio ab interpretibus immerito neglecta mihi videtur, cf. Phil. 43 ἐπὶ φορβῆς νόστον, in viam, qua victum quaereret. Eadem ratione multum vexatum locum Eur. Med. 11 ἀνδάνουσα μὲν φυχῇ πολιτῶν ὧν ἀφίκετο χθόνα facillime sanare licebit, scil. ut datus φυχῇ mutetur in nominativum φυγῇ, cujus aliam etiam explicationem in conjectaneis Euripideis proferam.

ὡς τὸν ὕστατον conjecit, Reiskius εἰς τό γ' ὕστερον, ab Hermanno improbatum, a Schneidewino in textum receptum, qui et τοῦτ' αἰείρας proponit. Equidem suspicor olim adfuisse:

ἢ τοῦτον ἄρας ἄθλον, εἰς πολύστονον,
τὸν λοιπὸν κτλ.

Conferas Homericæ II. XI, 73 Ἔρις πολύστονος, I, 445 πολύστονα κήδεα XV, 451 πολύστονος ἰός, et rursus de qua capienda nunc sermo est ἡ πολύφθορος Οἰχαλία, die in schweres Verderben gestürzte O., v. 478. Adde quod haec antithesis Sophocli in deliciis est, videsis Phil. 1344 Ἑλλήνων ἕνα κριθέντ' ἄριστον ... τὴν πολύστονον Τροίαν ἐλόντα, Oed. R. 1380 κάλλισι' ἀνὴρ εἷς ἔν γε ταῖς Θήβαις τραφεῖς ἀπεστέρησ' ἔμμαντόν, αὐτὸς ἐννέπων ὠθεῖν ἅπαντας, coll. Ai. 1340, et ad multitudinis notionem exprimendam Trach. 460 οὐχὶ χἀτέρας πλείστας ἀνὴρ εἷς Ἡρακλῆς ἔγημε δῆ; coll. 539, Oed. R. 1, Xen. Anab. I, 9, 22, Eur. Med. 1087. Heracl. 8. Hanc autem conjecturam iccirco etiam verisimillimam duco, quod interpolandi caussam continet idoneam, nam quae trepida et misericors Dejanira Hylli ad curam et misericordiam commovendam adjicit, ea facile pro oraculi verbis accipi. et sequentibus Dejaniræ precibus οὐκ εἰ ξυνέρξων scilicet contraria expelli potuerunt. His praemissis ad verum penultimum me converto. Hunc Hermannus scriptum quidem a Sophocle olim censet, sed ab eodem recensione instituta, quam ex hoc maxime agnoscere sibi videtur, aptiori sequenti cecidisse. Schneidewinus contra Dobraeum secutus eum exterminavit tanquam ex interpretatione vocis οἰχόμεσθα natum. Ego vero paulo immutatum Sophocli restituo. Quid enim? Nonne sedibus versuum mutatis conflare licebit:

ἐν οὖν ῥοπή τοιᾶδε κειμένῳ, τέκνον,
ἢ πίπτομεν σοῦ πατρὸς ἐξολωλότης,
οὐκ εἰ ξυνέρξων, ἢνίκ' ἢ σεσώσμεθα,
κείνον βίον σώσαντος, ἢ οἰχόμεσθ' ἅμα;

Quae construas: ἢ (ῥοπή) ἐξολωλότης σοῦ πατρὸς πίπτομεν, coll. Oed. R. 961 μικρὰ παλαιὰ σώματ' εὐνάξει ῥοπή, cui apte Jacobsius contulit Plat. de Rep. VIII, p. 556 E. ὡς περὶ σώμα νοσῶδες μικρᾶς ῥοπῆς ἔξωθεν δεῖται προσλαβέσθαι πρὸς τὸ κάμνειν. Ac verbum πίπτομεν metaphoram de lancibus apprime continuat. Ita jam celeberrima sunt verba Homeri, quibus Jupiter vicem Hectoris miseratus tentatis fatorum lancibus ei necem appendit, II. XXII, 209—213:

καὶ τότε δῆ χρύσεια πατὴρ ἐτίθειν τέλαντα·
ἐν δ' ἐπίθει δύο κῆρε τανηλεγέος θανάτοιο,
τὴν μὲν Ἀχιλλῆος, τὴν δ' Ἐκτορος ἐπιποδάμοιο.

ἔλκε δὲ μέσσα λαβῶν· ῥέπει δ' Ἐκτορος αἴσιμον ἦμαρ,
ᾗχετο δ' εἰς Αἴδαο.

Haec metaphora, ter in Iliade repetita, VIII, 69 sqq. XVI, 658. XIX, 223, quam vulgaris postea facta sit, Theognis ostendit v. 157 sq. Ζεὺς γάρ τοι τὸ τάλαντον ἐπιῤῥέπει ἄλλοτε ἄλλως, Ἄλλοτε μὲν πλουτεῖν, ἄλλοτε μὴδὲν ἔχειν, eodemque mea sententia referenda sunt Pindarica Ol. II, 21 *ὅταν θεοῦ Μοῖρα πέμπη ἀνεκὰς ὄλβον ὑψηλόν* et quae imaginem continuant v. 23 sq. *πένθος δ' ἐπίτνει βαρὸν κρεσσόνων πρὸς ἀγαθῶν*, porro verbum ἀνέχειν Pindari (Pyth. II, 89 *θεόν, ὃς ἀνέχει τὰ κείνων*) et tragicorum, neque erat cur B. Thierschius in Antigonaе vs. 1143 (1158) *τύχη γὰρ ὀρθοῦ καὶ τύχη καταῤῥέπει Τὸν εὐτυχοῦντα τὸν τε δυστυχοῦντα αἰεὶ*, pro *καταῤῥέπει* conjiceret *κἀνατρέπει*. Nam plena quasi explicatio horum locorum offertur Electrae Sophocleae vs. 119 sq.: *μῦνη γὰρ ἄγειν οὐκ ἔτι σωκῶ λύπης ἀντίῤῥοπον ἄχθος*, quibus Electra negat amplius se posse solam pondus doloris alteri lanci impositum attollere, translatione sumpta ab iis, qui lancem pondere gravatam deprimenda altera lance in altum tollunt. Denique ut nunc Dejanirae oratio paulo verbosior sit, Hyllo tamen instruendo et commovendo apprime idonea apparet minimeque inutilem effundit farraginem, quoniam sibi opposita sunt perfectum absolutum *ἐξολωλότος* et *ἠνίκα* — *οἰχόμεσθ' ἅμα*, ut haec dicat mulier: in tali igitur discrimine rerum versanti, quo postquam perierit pater nobis utique pereundum est, nonne subvenies, donec aut una cum illo salvi simus, aut uno eodemque temporis momento perituri?

In Oedipo Coloneo v. 1435 sq. Polynices sororibus valedicit his verbis:

*σφῶν δ' εὐδοίῃ Ζεὺς, τὰδ' εἰ τελεῖτέ μοι
θανόντ', ἐπεὶ οὐ μοι ζῶντί γ' αἴθις ἔξετον.*

Schneidewinus *εὐδοίῃ* utpote artificiosa tantum ratione explicabile cum dativo, quem alii in accusativum *σφῶν* mutarunt, expulit et Burgessii inventum *εὖ δεδοίῃ* in textum recepit. At vero dativum optime jam tuitus est Bernhardyus synt. p. 93. Tum eadem metaphora quae verbo *εὐδοῦν* jam inest Pindaricis fragm. 75 *θεοῦ δὲ δέξαντος ἀρχὰν ἕκαστον ἐν πρᾶγος εὐθεῖα δὴ κέλευθος ἀρετὰν ελεῖν, τελευταῖ τε καλλίονες*, vel Isthm. IV, 23 *τέτραπται θεοδότων ἔργων κέλευθον ἂν καθαρὰν*, vel III, 23 *ἀρετὰς, αἴσι Κλεωννυμῖδαι θάλλοντες αἰεὶ σὺν θεῷ θνατὸν διέρχονται τὸ βίον τέλος*, ac nonne nos hodieque precamur, ut spiritus sanctus nos ducat in via plana? Unde *εὖ δεδοίῃ* hujus in locum substitutum valde vereor ne efficacia in languidissima commutet. Jam vero ad versum proximum me converto. In hoc sane *θανόντ'* ineptum et sensu cassum est, nam quid sibi volunt: mortuum sepe-liatis, quum hoc viventi certo non oblaturae sitis? Accedit quod elisio literae *ι* dativi singularis incommoda est. Quapropter Hermannus versus defectum statuit

hujusmodi: *τιμῆς με πρὸς σφῶν τῆς προσηκούσης τυχεῖν Θανόντι* (α), quanquam verba *τάδ' εἰ τελεῖτέ μοι* praecedente v. 1410 voto Polynicis ἐν τάφοισι θέσθαι jam plenum credo explicatum inveniunt. Qui elisione non offenditur Schneidewinus οὐ τι ζῶντι γ' αὐθις ἔξετον (*τελεῖν*) proposuit. Plures autem male audaces in chartam silentem integrum versum furcis expulerunt. Qui, si quid video, lenissima mutatione sic restituendus est:

θάλλοιτ', ἐπεὶ οὐ μοι ζῶντι γ' αὐθις ἔξετον.

Floreatis, quod mihi vivo nequit redire. Nam nihil frequentius quam juxta collocata *ζῆν καὶ θάλλειν* vel *ἀφθίτω θάλλειν βίω*, cf. Electrae v. 951 sq. *ἐγὼ δ' ἔως μὲν τὸν κασίγνητον βίω θάλλοντ' ἔτ' εἰσῆκουον*. Denique eodem codicis Laur. A. lectio *τελοῖτε* ducit.

Neque idem facili negotio adducor, ut Philoctetae versus 1442 sqq.:

ὡς ἅλλα πάντα δεύτερ' ἡγεῖται παντῆρ

Ζεὺς· ἡ γὰρ εὐσέβεια συνθνήσκει βροτοῖς·

κἄν ζῶσι, κἄν θάνωσιν, οὐκ ἀπόλλνται.

statim cum Dindorfio et Schneidewino spurios putem et exterminem. Quibus religiosior Hermannus iterum post medium integrum versum excidisse arbitratur his fere verbis constantem: *οὐδ' ἦν θάνη τις· εὐμένεια δ' ἐκ θεῶν*. At praeterquam quod languidissima foret oratio, priusquam versuum jacturas deploremus, curiose videndum erit, numne ex iis quae adsint aut interpretando aut modice conjectando probus sensus elici possit. Jam alii pro *ἡ γὰρ εὐσέβεια* scripserunt *οὐ γὰρ ἡδσέβεια*, qua conjectura non opus esse cum Wundero censeo. Tantum enim mihi constat, quem jam Valckenarius saepe audacem novatorem nuncupat Sophoclem hoc loco *συνθνήσκειν* singulari notione admisisse, modo quod minus cum Wundero mortuos comitari explicare mea fert opinio, sed potius una cum mortuis esse, sive momento mortis adstare et opitulari sicque mortem facilem reddere. Per simili sensu Philoctetes supra v. 1085 de antro suo dicit *ἅλλα μοι καὶ θνήσκοντι συνοίσει*, ubi male Hermannus *θνήσκοντι* pro *θανόντι* accepit, tu potius conferas Pindarica Isthm. VI, 42 *θνάσχομεν γὰρ ὁμῶς ἅπαντες*, veluti contraria vice praesens *θνήσκειν* saepius sensu perfecti absoluti adhibetur a Sophocle, vid. Wunderum ad Phil. vs. 1067 suae ed. et cfr. Pind. Ol. IX, 34. Non prorsus absimili ratione notio verbi *καθοπλίσας* a tragico in Electra v. 1086 novata est, vel *οὐσίαι* Trach. 911, ubi Schneidewinum adeas. Jam vero ultimus trimeter ineptus est, nisi Sophocli eandem abstracti *εὐσεβείας* personificationem et perennitatem tribuamus quam Euripides philosophicus in Antiopae fragmento Schneidewino citato *ἀρετῇ* tribuit. Aliter enim quid sibi volunt aut *κἄν ζῶσι βροτοί, οὐκ ἀπόλλνται εὐσέβεια*, quae sensum alienissimum praebent, aut *κἄν ζῶσιν εὐσεβεῖς βροτοί, οὐκ*

ἀπόλλνται εὐσέβεια, quae sponte intelliguntur? Quae quum ita sint, minime mutata haec ultima antecedentibus commate annectenda esse censeo:

καὶ ζῶσι καὶ θανοῦσιν οὐκ ἀπόλλνται.

Tum enim οὐκ ἀπόλλνται dativum commodi accipit et fere ut nostrum isthnen unverloren coit cum συμφέρει, ac sensus totius loci est: Nam pietas hora mortis adstat mortalibus, et viventibus et mortuis opitulatur. De quo conferas Antigonae v. 74 sq. ἐπεὶ πλείων χρόνος, "Ὀν δεῖ μ' ἀρέσκειν τοῖς κάτω τῶν ἐνθάδε, vel vs. 65. 459 sq. 542 ejisd. dram. Sic vero mutata verba neutiquam indigna duxerim, quae Philoctetae, antro in quo hucusque sibi moriendum putaverat jam v. 1453 valedicturo et ad Ilium capiendum profecturo, de θεολογείῳ Hercules virtute sua et pietate inter deos relatus suadeat.

Jam ut laudem conservantis quae conservare licuerit critici omnibus numeris absolutam mihi pariam, novo versu summum tragicorum donare non dubito. Quid enim? In Oedipo Rege hic jam caecus auditus etiam defectum sibi exoptat vs. 1386 sqq.:

ἀλλ' εἰ τῆς ἀκουούσης εἴ' ἦν

πηγῆς δὲ ὄτων φραγμός, οὐκ ἐσχόμην

τὸ μαποκλῆσαι τοῦμὸν ἄθλιον δέμας,

ἐν' ἧ τυφλός τε καὶ κλύων μηδέν.

Tum pergit:

τὸ γὰρ

τὴν φροντίδ' ἔξω τῶν κακῶν οἰκεῖν γλυκύ.

Non erat cur Wunderus Camerarium laudaret vertentem: sensu carere grata res est in malis. Pejus etiam Solgerus transfert: denn Labung ist's, Gedanken bannen und Gefühl aus unserm Schmerz. Immo haec verba sic struenda sunt: γλυκὴ γὰρ τὸ ἔξω οἰκεῖν τὴν φροντίδα τῶν κακῶν, i. e. jucundum est sensum malorum abesse ab homine, ac sensus malorum nihil aliud est quam dolor, quem Stoici apud Ciceronem Tuscul. disput. IV, 8, 18 aegritudinem cruciantem definiunt. Rem ita esse metaphora luce clarius demonstrat. Recte enim Wunderus: „Perapte poeta ἀποκλεῖσαι δέμας dixit retenta metaphora, qua auditum et visum fontes esse dixerat, ex corpore manantes“; modo addere debuisset: „quae metaphora sequentibus evidentius etiam continuatur.“ Nam animus et mens intus manent quāsi obice oclusi, dolorem foris habitare sive alienum esse ab homine dulce est. Verum enim vero tali sententia, qualem nunc demum vere communem elicuimus, audientium animi nullo pacto acquiescere poterunt. Restat potius quaestio: quid vero fit homini sensu prorsus carenti? Nonne is mala cum majore malo commutavit? Restat responsum aliquod Oedipi ad ultima

chori verba v. 1368 *κρείσσων γὰρ ἦσθα μῆκέτ' ὄν ἢ ζῶν τυφλός*. Jam in Ajace Sophocleo post versum 554 in codicibus omnibus additus reperitur hicce:

τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ κάρ' ἀνώδυνον κακόν.

Omittit eum Stobaeus Serm. LXXVIII, 9, ex hac fabula vss. 550—555 afferens. Valckenario ad Eur. Hippol. 247 Sophoclis quidem esse sed ex alia fabula illic insertus videbatur, cujus iudicium secuti sunt Brunckius, Porsonus ad Med. 140 et Erfurdtius, praeter recentissimos editores qui pro interpretis fetu venditarunt. Hunc igitur versum quovis pignore contendam olim nostra excepisse, et haec Oedipum dixisse; Nam jucundum est sensum malorum sive dolorem ab homine abesse: nam sensu carere utique malum doloris expers est. Repetito γὰρ ne offendaris, conferas modo Ajacis vss. 20—25:

κεῖνον γὰρ, οὐδέν' ἄλλον, ἰχνεύω πάλαι.

νυκτὸς γὰρ ἡμᾶς τῆσδε προῶτος ἄσκοπον

ἔχει περᾶνας, εἴπερ εἴργασται τάδε·

ἴσμεν γὰρ οὐδὲν τρανές, ἀλλ' ἀλώμεθα·

καὶ γὰρ 'Θελοντῆς τῶδ' ὑπεξύγην πόνω.

ἐφ'θαρμένως γὰρ ἀρτίως εὐρίσκομεν κτλ.,

ubi igitur eadem conjunctio quater redit, vel 183 et 186 ejusd. dram., ubi perinde atque hoc loco duplex γὰρ unam eandemque vim habet. Ceterum hic γὰρ Oedipi ad desperationem adducti ironice nimirum significare, ac rursus ultimis facillimum nexum cum sequentibus statui, siquidem, ut Cicero l. l. I, 36 extr. ait, „carere enim, sentientis est: nec sensus in mortuo: ne carere quidem igitur in mortuo est,” non est quod sapientibus arbitraris dicam, qui veneres hujus loci nunc digito magis monstratas quam plene expositas comprehendentes fore spero ut Oedipum regem novo versu reapse me ditasse censeant. Affirmo tamen ad calcem haec pridem scripta fuisse antequam alteram Schneidewini editionem inspicerem, quem ejusdem versus certe memorem fuisse non sine voluptate animadverti.

Quae adhuc singulis in verbis emendanda mihi restant, ea facile tripartito in medium proferre licebit. Primum genus ponam eorum, in quibus recentiores continuam veterum scripturam male dispescuerunt. Principio autem exemplo mihi sint versus 589 et 590 Oedipi Colonei, quos tamen corrigere non potero priusquam antecedentes etiam in integrum restituero. Itaque Oedipus vs. 585 Theseo affirmavit, si sepulturam in Attica sibi concessurus esset, curam ei de reliqua vitae particula simul cordi fore. Quem recte intellexisse Theseum sequens versus adhuc non satis perceptus testatur:

ἀλλ' ἐν βραχεῖ δὴ τήνδε μ' ἐξαιτεῖ χάριν.

His enim brevi tempore instans Oedipi mors et sepultura indicatur. Jam Oedipus respondet:

ὄρα γε μὴν· οὐ σμικρός, οὐκ, ἀγὼν ὄδε.

In his ὄρα corruptum est, quippe quod nec particulis γε μὴν conveniat nec nexui sententiarum respondeat; pro quo si emendaveris ὄρα γε μὴν, i. e. certe vero tempus est me mori, omnia optime se habebunt. Etenim sequens ἀγὼν celeberrima metaphora vitae Oedipodeae agonem denotat, nec vero certamen quoddam Theseum inter et Thebanos, de quo cogitantes interpretes omnia pessumderunt. Nam secundum codices nunc Theseus ab Oedipo quaerit:

πότῃ τὰ τῶν σῶν ἐκγόνων ἢ 'μοῦ λέγεις;

In quibus quum ἐκγόνων stare nequeat propterea, quod discordiam inter filios et Oedipum Theseus hucusque ignorat, cf. v. 599 sq., hoc lenissima mutatione in ἐκπονοῶν mutandum, cetera autem servanda sunt, ut ergo haec Theseus interroget: utrum tuorum exantlans an meum dicis agonem sive aerumnas? bene se una comprehendens, quia ipsi Oedipus v. 578 magnum vel miserrimae personae beneficium donumque promiserat. De verbo ἐκπονεῖν ad agonem egregie aptato adeas Valck. Phoen. 1642. Kayserus ἐγγενῶν pro ἐκγόνων, Schneidewinus ἐννοῶν κἄμοῦ pro ἐκγόνων ἢ 'μοῦ mutavit, quem toto coelo a veritate aberrasse, jam meum sequentium medicamen luce clarius ostendet. Oedipi enim responsum, quod codices vitiose ita exhibent:

κεῖνοι κομίζεω κείσ' ἀναγκάζουσί με.

una litterula mutanda, ceteris recte componendis, ita in integrum restituetur:

κεῖν' οἴκον ἔζειν κείσ' ἀναγκάζουσί με.

Quae, ut opinor, ipsa pro se loquentur, verbum ἔζειν saepius Euripides plane eodem sensu usurpavit. Schneidewinus Kayseri conjecturam ἀνάξ, χρηζουσί με jam pro certa emendatione in textum recepit. His igitur quae Theseus opponit in MSS. sic scripta exstant:

ἀλλ' εἰ θελοντ' ἄν γ' οὐδὲ σοὶ φεύγειν καλόν.

Quae ita emendanda esse censeo:

ἀλλ' εὖ θελεῖν τᾶν γ', οὐδὲ σοὶ φεύγειν καλόν.

J. e. At certe haec bene vellent, nec te fugere decebat. Vides, proprie me unum εἰ in εὖ mutasse, quam mutationem vel propter sequens οὐδὲ lubenter probaveris, cetera tantum alia ratione coire jussisse. θελεῖν ἄν post praecedentem sententiam rectissime se habet, nec raro particula γε ad ἄν accedit, vide si tanti est Schaefer. Dion. de compos. p. 271 sq. εὖ θελεῖν autem prorsus Latinorum est bene velle, et θελεῖν hoc loco propriam suam vim activae volunta-

tis retinet, de qua exposuit Buttmannus in Lexil. p. 26, cfr. Antig. 765 τοῖς θελοῦσι τῶν φίλων i. e. qui bene volunt tibi. Conjecturae Reisigii ἀλλ' εἰ θελοντάς γ' (scil. ἐκείνους σε κομίζειν φεύγεις), Hermanni ἀλλ' εἰ θελοντάς γ' οὐδὲ σοὶ φ. κ., i. e. quid autem si, quum te volunt recipere, ne tibi quidem decorum est exsulem esse?, Kayseri ἀλλ' οὖν θελοντάς γ' et mutatu et intellectu difficilia sunt, intellecta autem languidum praebent sensum. Audacius etiam Schneidewinus glossema quoddam εἰ θελοῖεν ἄν in textum ex parte irrepsisse censet, unde ἀλλ' ἄν θελόντων effinxit, ac nihilo magis οὐδὲ pro simplici οὐ expeditum est. Postremo ut conjecturas meas uno in conspectu ponam, versus 587—590 Oedipi Colonei ita legendos esse censeo:

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὄρα γε μὴν· οὐ σμικρός, οὐκ, ἀγὼν ὄδε.

ΘΗΣΕΥΣ.

πότῃρα τὰ τῶν σῶν ἐκπονῶν ἢ 'μοῦ λέγεις;*)

ΟΙΑ.

κεῖν' οἶκον ἔζειν κεῖσ' ἀναγκάζουσί με.

ΘΗΣ.

ἀλλ' εἴ θελον τᾶν γ, οὐδὲ σοὶ φεύγειν καλόν.

Ejusdem fabulae versus 391 sic offertur:

τίς δ' ἄν τι τοιοῦθ' ἀνδρὸς εἴ πράξειεν ἄν;

De quo jam dubitat Bernhardus in synt. p. 141 genitivum frustra Hermannus et sequentes editores, εἴ πράσσειν pro ἀπολαῦσαι capientes, tueri student simili loco Oed. R. 1006 σοῦ πρὸς δόμους ἐλθόντος εἴ πράξαιμί τι, ubi genitivus aperte absolutus est. Scribendum erit:

τίς δ' ἀντὶ τοιοῦθ' ἀνδρὸς εἴ πράξειεν ἄν;

Quis pretio talis viri recte valeat? Quae praecedenti Ismenae orationi optime conveniunt. Notus est hic praepositionis ἀντὶ usus, qui redit Antig. 186 ἀντὶ τῆς σωτηρίας, i. e. um den preis der eignen rettung, coll. Trach. 707, ut in illo ἀντὶ σώματος δόξαν ἀντικαταλλάξασθαι i. e. corporis dispendio.**)

*) De τὰ altero loco omissio vid. Oed. Col. 606. 808. 1314. Phil. 963. Eur. Phoen. 474.

**) In Philocteta verba Neoptolemi v. 116, quae in codd. plerisque sic leguntur:

θηρατέα γίγνοιτ' ἄν, εἴπερ ὦδ' ἔχει.

et ab Hermanno hunc in modum correcta sunt:

θηρατέ' ἄν γίγνοιτ' ἄν, εἴπερ ὦδ' ἔχει.

mihī nondum satis videntur emendata. Quod enim docet Hermannus posterius ἄν ad eam referri sententiam, quae insit verbis εἴπερ ὦδ' ἔχει, quod pedestri sermone dicas ἐπὶ τοῖσδ' ἄν θηρατέ' ἄν γίγνοιτο: mihī haec ipsa jam conditionali εἴπερ insignita sententia, quod adest, alterum ἄν

Electrae versus 741 sqq. fontes ita scriptos exhibent:

καὶ τοὺς μὲν ἄλλους πάντας ἀσφαλεῖς δρόμους
ὠρθούθ' ὁ κλήμων ὀρθὸς ἐξ ὀρθῶν δίφρων·
ἔπειτα λύων ἡνίαν ἀριστερὰν
κάμπιοντος ἵππου λανθάνει στήλην ἄκραν
παίσας,

Participium λύων scholia explicant *χαννῶν, διὰ τὸ συμπεπλέχθαι*. Ergo tum Orestes frenum sinisterioris equi funalis, scilicet cum ceteris loris complicatum solvere studuisset, qua occasione data hic equus non satis inhibitus in marginem metae irrueret. At de qualibet loramenti complicatione, qua tum cardo rei verteretur, nullus in superioribus sermo est. Immo Orestes habenas sinistras non debuit laxare, sed strictim adducere, cf. vs. 721 sq. Inde Arndtius coniecit *ἔπειτ' ἀνέλκων*, G. Wolffius *ἐρύκων*. Scribendum erit:

ἔπειτ' ἀλύων, ἡνίαν ἀριστερὰν
κάμπιοντος ἵππου, λανθάνει στήλην ἄκραν
παίσας,

Quae verto: Tum rationis expers, equo frenum sinistrum curvante, repente in metam extremam incidit. Equus enim sinister, ulterius a temone sinistrorsum deflectens lasciviensque, frenum curvavit et laxavit, unde sequentibus Orestes fracto temone *ἐλίσσεται σὺν τμητοῖς ἱμάσι*. Quam egregie ἀλύων ad ἀσφαλεῖς δρόμους ὠρθούθ' quadret non est quod dicam. Interpretes et eo falsi sunt, quod κάμπειν absque objecto siverunt, quae ellipsis de hominibus tantum

superfluum ne dicam falsum reddit. Contra deest in responso Neoptolemi aliquid, quo exprimat se potiturum esse et persona Philoctetae et armis ejusdem, sive deest signum Neoptolemi Oedipi verba v. 113 *αἰρεῖ τὰ τόξα ταῦτα τὴν Τροίαν μόνα*, quibus ille tantum Heleni vaticinium repetit, recte simul de persona Philoctetae cepisse: alioquin et aliquantum offendimur repentino illic Ulixis de persona vs. 101. 103. 107 ad arma transitu, et videtur ac si Neoptolemus unum sagittas surripiendi ceperit consilium. Cui duplici desiderio satisfacimus, si scribimus:

θηρατέ ἂν γίγνοιθ' ἄμ, εἶπερ ὧδ' ἔχει.

Cui conjecturae etiam sequens versus de duobus praemiis egregie favet duplex nimirum facinus sequentibus. Nam sic recte Neoptolemi duplex Ulixis mandatum interpretatum esse ipsius verba vs. 196—200 luculenter ostendunt. Item quum Helenus vates respondisset non posse Ilium nisi Herculis sagittis expugnari, oraculi hanc fuisse sententiam, ut non sagittae tantum sed ipse etiam qui optime iis uti putabatur Philoctetes reduceretur, jam ex Homero patet II. II, 724 sq., nec Sophocles dissentit vs. 612—621. 839—841. 1324—1342. Ceterum unus liber T. *θηρατέ οἶν*, quod Brunckius et Schneidewinus receperunt, alii *θηρατέα γοῦν* praebent, unde quis et *θηράθ' ὁμοῦ γίγνοιθ' ἂν* effingere posset, quanquam prior ratio tutior erit. Haec ipsa lectionis varietas conjecturae meae adstipulabitur.

valet supplendo aut ipsum equum aut currum, unde figurate adhibetur in Oed. Col. 91 *ἐνταῦθα κάμψειν τὸν ταλαίπωρον βίον*, de equis durissima et sine exemplo esset. Sin ipse quid fallor, meminerint lectores me pedestrem homunculum esse neque Hermannum, quem artis equestris peritissimum fuisse quum pridem fando acceperim tum ex annotationibus ad totum illum agonem merito concludo, dignum interpretem poetae Colonei, cui praeter ceteros equorum et equestrium studiorum laudes in deliciis sunt. Ac revera altum summi viri de hoc loco silentium me movit paulisper, ut emendationi meae diffiderem, donec Schneidewini consensum de statu rerum summa cum voluptate cognovi.

Eodem refero Electrae versus 817—819, quos pars codicum ita exhibet:

*ἀλλ' οὐ τι μὴν ἔγωγε τοῦ λοιποῦ χρόνου
ξύνοικος ἔσομ', ἀλλὰ τῆδε πρὸς πύλην
παρεῖσ' ἐμαντήν ἄφιλος ἀνανῶ βίον.*

Alii MSS. *ἔσομ'* et *ἔσομαι*. Vix dici potest quot hominum doctorum conjecturis hic locus vexatus sit. Quorum alii *ἔτι ξύνοικος*, alii *ἔσομαι ξύνοικος*, alii *ξυνή ξύνοικος*, alii *εἶσω ξύνοικος* mutarunt, Kayserus *στέρξω ζυνοικοῦσ'*, Hermannus *ξύνοικος εἴσειμ'* et *ξύνοικος αὐτοῖς* vel *ἔτι ξύνοικος* proponens, Erfurdtius audacius *ξύνοικος ἔσομαι τῆδέ γ' ἀλλὰ πρὸς πύλην*, denique Schneidewinus lectionem librorum *ξύνοικος ἔσομαι* in textum recepit, ut interpunctio hiatum excuset, in annotatione tamen *ξύνοικος ἔνδον* proposuit. Fortasse mihi contingit, ut tandem aliquando claudam agmen conjectura haecce:

ξύνοικος ἐς μίασμα, τῆδε πρὸς πύλην

J. e. non diutius hospes in piaculum committendum. Nempe nostri versus excipiunt hos: *ἤδη δέ με δουλεύειν πάλιν 'Εν τοῖσιν ἐχθρίστοισιν ἀνθρώπων ἐμοί, Φονεῦσι πατρός. ἄρά μοι καλῶς ἔχει;* Qua ratione quum universa sententia ante exsanguis succum et nervos accipiat tum alterum *ἀλλά*, quo profecto non invitati caremus, e medio tollitur. Ceterum in editione Schneidewiniana male *βέον* pro *βίον* exaratum est.

Tum nihil fere frequentius est ea scribentium aut loquentium levitate, qua duae unius vocabuli syllabae sic continuantur, ut primae literae tum consonantes tum vocales ordine collocentur appellanturve praepostero. Illustria id genus exempla praeter alios multos Rob. Ungerus congegit in *Electis criticis* p. 3 sqq., quorum catervam nunc duobus saltem Sophoclis exemplis augere conabor.

Antigonae versus 611 sqq. in codicibus sic scripti exstant:

*τό τ' ἔπειτα καὶ τὸ μέλλον
καὶ τὸ πρὶν ἐπαρκέσει*

νόμος ὄδ', οὐδὲν ἔρπει
 θνατῶν βίῳ πάμπολις ἐκτὸς ἄτας.

Unus Par. A. οὐδὲν' praebet. Hic locus multum tentatus est. Emperius proposuit: „οὐδὲν ἔρπει“ θν. βίῳ πάμπολις „ἐκτὸς ἄτας“, ut νόμος πάμπολις esset κοινός, παγκόσμιος, in quibus praeter discissa legis verba ad οὐδὲν adversus Jovem hominis notionem aegre desideramus, Heathius: οὐδὲν ἔρπειν θν. β. πάμπολύ γ' ἐ. ἄτας, quae transfert: nihil in vita diu (?) culpaе expers manet, Schneidewinus: οὐδὲν ἔρπει θν. βίῳ τὸν πολλὸν ἐ. ἄ., quae quum violentius mutata sint, τὸν πολλὸν βίῳ, plurimam vitam pro maxima vitae parte displicet. Ut dicam, quod sentio, nemo legem, quae strictim et evidentem exprimi debet, ex his extremis strophae verbis constituere calluit. Aliam et mea sententia rectiorem viam Boeckhii ingressus est, Hermanni vestigia ex parte premens. Uterque enim ἔρπει in ἔρπων mutavit, legem autem eam intellexit, quam poeta praecedente enunciatione indicaverat, invictum esse Jovis imperium, sive, ut Boeckhii verbis utar, „dies Gesetz, dass keiner des Zeus Macht frevelnd besiegen kann, wird stets gelten, nicht ohne Unheil einerschreitend für das Leben der Menschen.“ Nihilominus ne sic quidem metam tetigit. Displicet ante omnia Jupiter in legem versus, quae metamorphosis personae in abstractum admodum pedestris est et a poetica sublimitate mirum quantum abhorret, displicet νόμος ἔρπων, siquidem statutum stabilitatem loci sibi deposcit, ipsa autem lex ab executione legis probe distinguenda est, displicet οὐδὲν pro οὐ, quamvis nulla in re, nulla ex parte defini queat, displicet denique πάμπολις notione für den ganzen Staat usurpatum, quam explicationem ipse vir summus duram dicit. Ac recte quidem nervosum et efficax πάμπολις servatum est, quod mihi Pindarus explicat fragm. 173 (154), 2 πάσαις πολίεσσιν ὁμιλῶν, quoniam temporis aeternitati egregie respondet sententia, ubique locorum Jovem esse praesentem. Neque enim legi post laudes Jovis hac strophae locus est, sed per integram Jovis potentia celebratur. Haec officio duarum tantummodo literarum sedem commutans:

τό τ' ἔπειτα καὶ τὸ μέλλον
 καὶ τὸ πρὶν ἐπαρκέσει
 μόνος ὄδ', οὐδ' ἐνέρπει
 θνατῶν βίῳ πάμπολις ἐκτὸς ἄτας.

In quibus ἐπαρκέσει, scilicet ἀνδρῶν ὑπερβασίας v. 605, est arcebit, prohibebit, ut jam apud Homerum Od. XVII, 568 οὐτε τι Τηλέμαχος τόγ' ἐπήρκεσεν, et egregie respondet antecedenti κατάσχοι, quum quam interpretes ad unum omnes huic verbo tribuerint significationem ego tantum de impersonali ἐπαρκεῖ cognitam habeam. Tum scripturae οὐδ' ἐνέρπει apices in Par. A. aliquid commendationis

conciliant. Verbum *ἔρπειν* inde a locis Homericis II. XVII, 447. Od. XVIII, 131 de quovis incessu non solum apud Dorienses regnare, vid. Valcken. ad Adon. p. 400, sed etiam apud tragicos Atticos crebro usu venire satis nota res est, vid. Br. Eur. Hipp. 561. Compositi *ἐνέρπειν* alterum exemplum mihi quidem non suppetit, nec tamen video cur ponere nefas sit propter *ἐξέρπειν*, *διέρπειν*, *προςέρπειν*, curiosiores autem mea causa per tmesin scribant *ἐν ἔρπει θν. βιότω*, quum praepositio *ἐν* inde ab Hom. Od. XI, 115 *ἐν πῆματα οἴκω* frequenter a substantivo suo aliis verbis interjectis sejungatur. Denique *Ἄτας* majore initiali extuli, quod haec commercii divini cum terrestribus imago personificationem suadet, *ἔκτος Ἄτας* ut intelligatur Jupiter de coelo descendens non sine Furia comite et pedissequa. Itidem apud Virgilium Alecto et Tisiphone tanquam apparitores in atrio Jovis custodiam agitant Aen. XII, 850, cf. et Hom. II. XIX, 92.

Ejusdem dramatis versu 718 Haemo Creontem alloquitur:

ἀλλ' εἶχε θυμῷ καὶ μετὰστασιν δίδου.

Homeric locutio *εἶκειν θυμῷ* quum sit irae cedere et contrarium ab eo denotet quod Haemo dicere vult, Boeckhius e libris pejoris notae *θυμοῦ* recepit. At simplex *εἶκειν* semel tantum cum genetivo structum novi Hom. II. IV, 509 *μηδ' εἶχετε χάριος Ἀργείοις!*, ubi meo iudicio datus principalis est, ad contemptum ille magis extollendum in principio hexametri positus, cui secundarius genetivus partitivus accedit, quae vero alia hujus usus exempla afferuntur verborum *ὑπέκειν*, *ὑπάγειν*, *παραχωρεῖν*, praepositio accedens mutat rationem. Ad rem autem quod attinet, quum omnis Haemonis oratio eo intendat, ut Creon consilium Antigonom necandi deponat, irae mentio regis animum etiam magis iratum redderet. Immo iram proprie ne exprobrare quidem debet patri, cujus orationem modo habitam chorus v. 682 sapientem praedicaverat, sed pertinaciam tantummodo perstringit, qua in sua sententia perseverat (v. 705 sqq.) consilii melioris, licet a minore natu dati, indocilis (v. 720 sqq.). Quae quum ita sint, equidem artificio modo adhibito iterum usus propono:

ἀλλ' εἶχε μύθῳ καὶ μετὰστασιν δίδου.

Quem mythum quum ad universum Haemonis sermonem, tum nominatim ad duas proxime praecedentes comparationes de arboribus et nautis, Aesopicis *μύθοις* illas non absimiles, rettulerim, in quibus simplex *ὑπέκει* bis repetitum luce clarius demonstrat, hic quoque cardinem rei solo verbo *εἶκειν* verti. Quam facile autem conniventes librarii inde ad tritam sibi formulam *εἶκειν θυμῷ* aberrare potuerint, in promptu est intelligere.

Tertio loco Porsonianum praeceptum, pronomina saepe in contextu tragicorum vitium traxisse, aliquot Sophoclis exemplis comprobare conabor.

Ajajis vss. 1310 — 1312 secundum codices Teucer adversus Agamemnonem haec dicit:

ἐπεὶ κελόν μοι τοῦδ' ὑπερπόνουμένῳ
 θανεῖν προδήλως μᾶλλον ἢ τῆς σῆς ὑπὲρ
 γυναικός, ἢ τοῦ σοῦ θ' ὀμαίμονος λέγω.

Quam ineptam esse scripturam illud θ' convincit. Nec vero scriptum esse a poeta potest quod posuit Hermannus σοῦ γ' ὀμαίμονος, alienissima enim ab hoc loco γὲ particula est. Ceterum idem Hermannus post λέγω interrogandi signum posuit et λέγω conjunctivum esse voluit, sed aperte indicativus est, construendus cum ἐπεὶ κελόν μοι, scil. εἶναι, et τῆς σῆς γυναικός Helenam Teucer coram Agamemnone cum contemptu quodam dicit, pro illa muliercula, cujus tu causam tueris. Qui universim haec recte opponit Doederlinus ad Oed. Col. p. 517 conjecturam proposuit σοῦ ἀθ' ὀμαίμονος, in textum receptam a Wundero, quanquam hic confitetur, cujus craseos exempla illi attulerit, ab hoc genere valde diversa esse. Melius Schneidewinus ἢ τοῦ σοῦ ξυναίμονος λέγω edidit. At vero nonne una literula mutata locum ita restituere licebit:

ἢ τῆς σῆς ὑπὲρ
 γυναικός, ἢ σοῦ σοῦ θ' ὀμαίμονος λέγω.

J. e. vel tua tuique fratris causa, quo apte Agamemnonis etiam mentio fit. De sigmatismo conferas Oed. Reg. v. 425 ἄ σ' ἐξιώσει σοί τε καὶ τοῖς σοῖς τέκνοις, ubi item sibilus acerbam hominum omnia ad sese referentium irrisionem continet. Qualia Schneidewinus ubique fere sagacissime animadvertit et felicissime explicuit.

In Oedipo Coloneo chori verba vs. 549 sq. in omnibus libris MSS. et antiquioribus edd. sic exstant:

καὶ μὴν ἀναξ ὄδ' ἤμιν Αἰγέως γόνος
 Θεσεύς, κατ' ὀμφήν σὴν ἀπεστάλη, πάρα.

Triclinius ἀπεστάλη in ἀπροσταλεις correxit, Dindorfius et Schneidewinus ἐφ' ἀστάλη scripserunt. Mihi possessivum σὴν mendosum videtur, in relativum ἣν mutandum, i. e. καθ' ἣν scil. ὀμφήν, cf. vs. 749 sq.: οὐκ ἄν ποτ' ἐς τοσοῦτον αἰκίας πεσεῖν ἔδοξ', ὅσον πέπτωκεν, Eur. Hipp. 470 εἰς δὲ τὴν τύχην πεσοῦσ' ὄσσην σύ — quin in dialogo Trach. 421. 423 ποίοις ἐν ἀνθρώποισι; — πολλοῖσιν ἀστῶν, vid. Bernh. Synt. p. 203 sq. Intelligit autem chorus rumorem per viam publicam disseminatum perinde ac v. 303 sqq., quo Theseus e palatio arcessitus et singulos viatores obviam factos consultans advenerit. Schneidewinus ad vs. 551 de certo σκοποῦ nuntio locutus falsus est.

Ejusdem dramatis versus 1019 sqq. hi sunt:

ὄδοῦ κατάρχειν τῆς ἐκεῖ, πομπὸν δέ με
χωρεῖν, ἴν', εἰ μὲν ἐν τόποισι τοῖςδ' ἔχεις
τὰς παῖδας ἡμῶν, αὐτὸς ἐκδείξῃς ἐμοί·
εἰ δ' ἐγκρατεῖς φεύγουσιν, οὐδὲν δεῖ πονεῖν.

Non est credibile, Theseum iratum puellas affabili genetivo signasse. Inde Schneidewinus conjecit τῶ παιδ' ὀδηγῶν, quae post ὄδοῦ κατάρχειν languida sunt. Rectius Hermannus participium ad ἔχεις jungendum desiderat, quem in finem conjicio:

εἰ μὲν ἐν τόποισι τοῖςδ' ἔχεις
τὰς παῖδας εἰλῶν,

cf. Hom. Od. XII, 210 εἴλει ἐνὶ σπηῖι, XXII, 460 εἴλεον ἐν στείνει. A literarum ductibus quam facilis sit mutatio critici intellegunt.

Trachiniarum versus 924 omnibus in codicibus scriptus est:

λύει τὸν αὐτῆς πέπλον, ᾧ χρυσήλατος
προὔκειτο μαστιῶν περονίς,

Schneidewinus, quem miror ne verbum quidem de novatione adjicere quum alioquum varr. lectiones sedulo referre solitus sit, Wakefieldii conjecturam ἧ̄ pro ᾧ̄ in textum recepit, et Erfurdio probatam, quum Schaeferus οὐ̄ conjiceret. At dativus dedita opera propter genetivum juxta positum μαστιῶν variatus est et rectissime se habet, id quod ostendunt Oed. R. 817 ᾧ̄ μὴ ξένων ἔξεστι μῆδ' ἀστῶν τινα δόμοις δέχεσθαι, ib. 892 Ἰνυμῶ βέλη ἔρξεται, ib. 991 ὑμῖν εἰς φόβον φέρον, alia Thucydidis et Platonis exempla eadem de causa variata.

At in Ajace versuum 1280—1282, quibus Teucer fratrem mortuum a criminibus Agamemnonis defendit et pugna ad naves commemorata perguit:

τίς ταῦτ' ἀπειρῆξεν; οὐχ ὅδ' ἦν ὁ δρῶν τάδε
ὄν οὐδαμοῦ φῆς οὐδὲ συμβῆναι ποδί;
ἄρ' ὑμῖν οὗτος ταῦτ' ἔδρασεν ἔνδικα;

horum inquam versuum non quidem medium, quem optime illustravit Lobeckius, sed tertium cum hac pronominum farragine non duco ferendum. Schneidewinus quidem ὑμῖν ἔνδικα vertit quae vobis probarentur, et similiter Wunderus totum versum: nonne haec vera secundum vestrum judicium egit? provocans ad Eur. Phoen. 497 sqq. ταῦτ' ἀῖθ' ἕκαστα, μῆτερ, οὐχὶ περιπλοκάς λόγων ἀθροίσας, εἶπον, ἀλλὰ καὶ σοφοῖς καὶ τοῖσι φάυλοις ἔνδικ', ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ubi et dativus eodem quo hic modo positus sit et ἔνδικα idem quod hic significet. Quamquam illic vere adjectivum est, hic adverbii loco foret. Tamen ipse jam Wunderus rectissime Fr. Jacobsio assentitur, adeo frigidam et a nexu totius loci alienam hujus versus sententiam esse, ut corruptum hic aliquid a librariis esse credibile

sit. Ejusmodi enim quid elegantissimi ille iudicii criticus a poeta profectum esse suspicabatur:

ἄρ' ὑμὴν οὔτος ταῦτ' ἔδρασ' ἄμ, ἢ δίκη;

etsi ne sic quidem meum tulit plausum. Quid enim? Nemo non videt Teucrum his verbis redarguere voluisse criminationem Agamemnonis vs. 1237 ποῦ βάντος ἢ ποῦ σιάντος, οὐπερ οὐκ ἐγώ; Qua in refutatione prius verbum versu superiore repetiit συμβῆναι ποδί; jam eristica et juridica hujus colloquii indoles aut egregie me fallit, aut Teucer etiam altero verbo σῆναι usus est. Nec piget Homeri locum afferre, qui descriptionem illius pugnae inchoat, II. XV, 674 sq.:

Οὐδ' ἄρ' ἔτ' Αἴαντι μεγάλῳτι ἦνδανε θυμῷ

ἔστάμεν, ἔνθα περ ἄλλοι ἀφ' ἔστασαν νῆες Ἀχαιῶν,

quem Sophocles probe noverit. Adde quod βῆναι καὶ σῆναι in proverbium cesserunt. Cujus verbi hanc ipsam qua Agamemno usus erat formam servare mihi contigit haec componenti:

ἄρ' ὑμὴν αὐτῇ σιάντος ἐκδραῖσιν δίκη;

J. e. num vestrum effugientium eadem quae stantis caussa fuit? Sive quod idem est: num vos effugientes a partibus stantis stetitistis? Metaphora enim a partibus forensium caussarum petita est, in quibus ut reus δίκην φεύγει, ita hic Atridarum caussa δίκη φευγόντων. Erunt qui δίκη magis generali sensu explicaturi sint, ut propemodum adverbiascens apparet apud Pindarum Pyth. I, 96 νῦν τὰν Φιλοκλήτῳ δίκαν ἐφέπων ἐστρατεύθη, i. e. Philoctetae ad instar, dummodo fas sit meorum de explicatione loqui. Neutiquam enim eo arrogantiae procedo, ut sperem mea in verba doctos homines juraturos esse, at certe sententiam talem qualis mea est desiderari pro explorato habeo. Illud autem ἐκδραῖσιν facile in ἔδρασεν cedere potuit, quod e δρῶν penultimi superiorum versuum irrepserit ac tantas turbas moverit.

Multum tentati sunt Electrae versus 21. 22.

ὡς ἐνταῦθ' ἐμέν,

ἐν' οὐκ ἔτ' ὀκνεῖν καιρός, ἀλλ' ἔργων ἀκμή.

Lectiones, quas codices praebent, falsas esse, unam ἐσμέν, violatum metrum arguit; quis enim sibi persuadeat ἐσμέν, quae est sententia Toupii ad Suid. Tom. I, p. 226, tanquam correptionem Atticam prima brevi pronunciari posse; alteram ἐμέν, inaudita atque insolita forma demonstrat, ad quam fulciendam Callimachi auctoritate nemo facile utetur. Dawesius in Miscellan. crit. p. 282 ἔμεν conjecit et per βαίνομεν, ἐρχόμεθα, ἐσμέν interpretatus est, in quo quum alios multos tum Ellendtium habet assentientem in Lex. Soph. I, p. 510 extr., qui vertit: eo processimus, in eum nos quasi locum contulimus, ubi nobis jam non cunctandum sed

agendum est. At quí, quaeso, praesens ἴμεν significare potest processimus, nos contulimus? Ut falsa sit eorum opinio, qui εἴμι et ab eo composita ubique futuri significationem habere contendunt, perfecti saltem nationem status rerum obtrudere nullo pacto licebit. Hermannus conjecit ὡς ἐνταῦθα δῆ, vel ὡς ἐνταῦθ', ἵνα Οὐκ ἔστ' ἔτ' ὀκνεῖν καιρός (hoc Dindorfius recepit), neque tamen ut in re incerta ausus est quicquam mutare. Schneidewinus denique censet, illud ἐνταῦθα per glossatores ante relativum ἵνα positum genuinam formam expulisse neque hodie diutius constare, utrum Sophocles ὡς καθέσταμεν, an ἐκάνομεν, βεβήκαμεν vel simile scripserit. Quid vero si lenissima vel potius nulla antiquarum literarum mutatione scribimus:

ὡς ἐνταῦθ' ἐμὴν,
 ἵν' οὐκ ἔτ' ὀκνεῖν καιρός, ἀλλ' ἔργων ἀκμή.

Quae antecedentibus ξυνάπτετον λόγοισιν arcte annectenda et vertenda sunt: deliberate, quippe qui mea sententia ibi sitis, ubi etc. Sane singularis Sophocli haec ellipsis esset ἐμὴν pro ἐμὴν γνώμην, tantum Pindarus semel Nem. XI, 30 ἐμὴν δόξαν praebet, Aristophanes saepius γνώμην ἐμὴν idemque Eccl. 153 κατὰ γε τὴν ἐμὴν, denique Plato nonnunquam cum articulo ἡ ἐμῆ, vid. Heusd. Specim. crit. p. 102, quum Sophocles hac in caussa unum ὡς ἐμοὶ scil. ἐδόκει in Antígona 1161 offerat, at quam multa Sophocli singularia sunt*), et hoc loco nī singulare quid affuisset, corruptela vix oriri potuisset. Egregie autem citatam orationem paedagogo convenire quisque videt.

*) Quod in Philoctetae vs. 490 sqq.

κάκειθεν οὐ μοι μακρὸς εἰς Οἴτην στόλος
 Τραχινίαν τε δειράδα καὶ τὸν εὐροον
 Σπερχεῖόν ἴσται.

corruptum medium versum forma incertae fidei δειράδα sanare student, mihi minus placet. Heathius δειράδα τε proposuit, sed particula insolitam sedem accipit, Personus δειράδ' ἢ τὸν, sed sententia displicet, siquidem mons Oeta, urbs Trachin et fluvius Sperchius patriam Philoctetae continuo tenore denotare debent, cui in antecedentibus patria Neoptolemi et Euboea duplici ἡ opposita est. Equidem conjicio:

Τραχινίας τε δειράδας τὸν τ' εὐροον

Suidas: δειράδες· οἱ τραχώδεις τόποι τῶν ὄρων, cf. Pind. Ol. III, 27 Ἀρκαδίας ἀπὸ δειρῶν, Ol. IX, 59 Μαιναλίσσιν ἐν δειραῖς. Plures autem inter colles Trachinem Oetaeam sitam fuisse Pausanias innuit X, 22 init.: λόχος τῶν Γαλατῶν ἀνελθὲν ἐς τὴν Οἴτην ἐπεχείρησε κατὰ Ἡράκλειαν· ἀτραπὸς δὲ στενὴ καὶ ταύτης μετὰ ταῦτα ἐρείπια ἀνήκει τὰ Τραχίνος· ἦν δὲ καὶ ἱερόν Ἀθηνᾶς τότε ὑπὲρ τῆς Τραχινίδος, qui docet etiam proxime ab urbe Sperchium fluxisse. Insuper juxta Oetae nomen pars montis sic plurali numero variata nescio quid politi habet. Quid vero quod ipsius Niobae in saxum mutatae δειράδας effert Sophocles in Antígona v. 831?

His locum non prorsus absimilem subjungam Ajacis vss. 515—517, in quo ἄλλος corruptum censeo:

σὺ γάρ μοι πατρίδ' ἤστοσας δορί,
καὶ μητέρ', ἀλλ' ἢ μοῖρα τὸν φύσαντά με
καθεῖλεν Ἄιδου θανάσιμος οἰκήτορας.

Recte Lobeckius φύσαντά τε pro φύσαντά με rescribendum esse vidit. Hermannus interpunctione alterius versus deleta pro ἀλλ' ἢ μοῖρα praeunte Cod. Aug. b. ἄλλη μοῖρα substituit, et versum quo Tecmessa aliquid de domo sua excisa seque in servitum abducta adjecerit excidisse putat. At ego quid sibi velit ἄλλη μοῖρα non perspicio. Aut enim cognitum habet Tecmessa illud fatum quod parentes ad Orcum misit, tum dicere non debuit ἄλλη μοῖρα sed simpliciter μοῖρα, aut ignorat quale fuerit, tum nihilo magis ita loqui potuit, immo addere debuit voculam ποῦ, ut e conjectura loqui se signet, quod hic absonum esse etiam me non dicente intelligitur. Aliud igitur nobis velut auxilium circumspiciendum erit. Quid si Reisingii conjecturam perquam facilem ἄλλη adoptamus? Tum hic sensus exsisteret: tu mihi patriam evertisti, quo factum est, ut et matri quippe bello captae extra patriam terram moriendum esset (id quod tristissimum visum veteribus) et ipse pater extingueretur meus. At in alias puto incurrimus difficultates. Ita enim mater Tecmessae alio exitii genere exstincta putanda est atque pater, quod etsi per se admodum probabile est, quippe viros in pugna occidi, mulieres in servitum abduci, in hoc tamen verborum nexu ἄλλη et ad patrem referatur necesse est, ita ut poeta matrem et patrem eodem exitii genere exstinctos dixerit. Ne multa, mihi certum est olim adfuisse:

καὶ μητέρ' ὦμῃ Μοῖρα τὸν φύσαντά τε
καθεῖλεν Ἄιδου θανάσιμος οἰκήτορας.

Quam facile ἀλλ' ἢ et ὦμῃ a librariis commutari potuerint palaeographicae gnari sciunt, Parcā autem crudelem hac in sententia efficacius nervosiusque nuncupari quam abstractum quisque facili negotio percipit.

Postremo paucos quosdam locos recensere juvat, qui hodie perperam explicati frustra jam conjecturis vexantur et quasi allatrantur. Huc refero Trachiniarum vss. 54—57:

πῶς παισὶ μὲν τοσοῖσδε πληθύεις, ἀτὰρ
ἄνδρὸς κατὰ ζήτησιν οὐ πέμπεις τινά,
μάλιστα δ' ὄνπερ εἰκὸς Ἰλλόν, εἰ πατρὸς
νέμοι τιν' ὄραν, τοῦ καλῶς πράσσειν δοκεῖν;

Quos Hermannus cum ceteris omnibus interpretatur: quidni filiorum aliquem mittis, maximeque Hyllum, quem aequum erat mitti, si curam aliquam gereret patris, an ille salvus videatur. In quibus profecto *δοκεῖν* aliquid offensionis praebet, quum non ut videatur, sed ut sit salvus pater, curare debeat Hyllus, atque ita sane Schneidewino, *μολεῖν* pro *δοκεῖν* conjicienti venia parata erit. At vero inter omnes constat, *καλῶς πράσσειν* non solum recte valere indicare, sed etiam bene agere, vid. Herm. Vig. p. 761 coll. interpr. ad Ai. 446. Nonne igitur satius erit haec de Hyllō interpretari et vertere: si patris aliquam gerat curam, ut bene agendi laudem sibi mereat? Quem infinitivi usum aliis Sophoclis quidem exemplis confirmare nequeo, sed optime Atticum esse multi scriptorum loci testantur, v. c. Thucyd. I, 4 extr. *τὸ ληστικὸν καθήκει ἐκ τῆς θαλάσσης*, — *τοῦ τὰς προσόδων μᾶλλον ἔναυ αὐτῷ*, 23, 5 *διότι δ' ἔλυσαν τὰς αἰτίας προέγραψα πρῶτον καὶ τὰς διαφοράς, τοῦ μὴ τινα ζητῆσαι ποτε*, II, 4, 2 *ἔφυγον, ἄπειροι μὲν ὄντες οἱ πλείους, ἐμπείρους δὲ ἔχοντες τοὺς διώκοντας, τοῦ μὴ ἐκφεύγειν*, v. Poppo. et Krueger. ad h. l. K. W. Krueger. gr. gr. 47, 22 adn. 2.

Porro huc faciunt ejusdem fabulae v. 313 sq.:

*ἔπειτα γιν τῶνδε πλείστον ὄπισσα
βλέπουσ', ὄσπερ καὶ φρονεῖν οἶδεν μόνῃ.*

Audiamus Schneidewinum: „ὄσπερ, näml. πλείστον, zu O. C. 743 *μάλιστα ἐγὼ καλῶ σε, ὄσπερ ἀλγῶ τοῖσι σοῖς κακοῖς*. — (*πλείστον*) *φρονεῖν οἶδεν*, versteht sich am verstaendigsten zu benehmen, am wuerdigsten zu halten, während die übrigen, die das Schicksal nicht so hart getroffen und die zu Her. in keinem nähern Verhältnisse standen, ruhiger und regungsloser dastanden.“ At qui *φρονεῖν* significare potest honeste se gerere, honestum corporis habitum prae se ferre? Porro qui Dejanira tam severum de ceteris judicium exercere debet, praesertim quum etiam Jola muta persona sit, quam intuens in eaque defixa procul dubio illa cogitanda est. Nescio an propterea Axtius *δοκεῖ* pro *οἶδεν* conjecerit, Schneidewinus certe ideo Aristophaneum *εἶχεν* (*ἔοικεν, οἶκεν*) proposuit, quanquam ne sic quidem sensus multo aptior efficitur. Ne multis morer, interpretes *μόνη* falso explicant una e ceteris captivis, quum significet sola relicta i. e. suorum patrocínio orbata. Rem ita esse quum praecedentes Dejanirae quaestiones evincant, tum persimili Electrae loco comprobare licet vs. 812 *νῦν δὲ ποῦ με χρῆ μολεῖν; μόνῃ γάρ εἰμι, σοῦ τ' ἀπεστερημένη καὶ πατρός· ἤδη δεῖ με δουλεύειν πάλιν ἐν τοῖσιν ἐχθίστοισιν ἀνθρώπων ἐμοί*. Itaque eadem fere conditione usa Jola nihilominus non abjecti et demissi animi est, sed *φρονεῖν οἶδεν* i. e. tenacem rebus in arduis servare mentem callet. Vides igitur paene contrarium sensum his

inesse quam quem cum ceteris Schneidewinus inde elicuit. Neque in iis, quae de eadem Jola nuntius Lichae v. 419 sq. exprobrat.

οὐκουν σὺ ταύτην, ἣν ὑπ' ἀγνοίας ὄρας,
'Ιόλην ἔφασκες Εὐρύτου σπορᾶν ἄγειν;

quicquam mutandum esse duxerim, sed mihi satisfacit explicatio ἣν ὑπ' ἀγνοίας οὐσαν ὄρας i. e. quam in ignoratione versantem vides. Neque enim intelligo cur Schneidewinus ὄρας nisi coram Jola dici vix posse contenderit. Olim ipse ἣν ὄτ' ἀγνοίᾳ σπορᾶς temptabam.

Magis offendor Oedipi Colonei v. 113 sqq.:

σιγήσομαί τε, καὶ σὺ μ' ἐξ ὁδοῦ πόδα
κρύψον κατ' ἄλλος, τῶνδ' ἕως ἂν ἐκμόθω,
τίνας λόγους ἐροῦσιν.

Accusativos μέ — πόδα aut explicant secundum σχῆμα καθ' ὅλον καὶ μέρος, cuius generis classici loci sunt Homerici II. XX, 406 ὡς ἄρα τόνγ' ἐργόντα λίπ' ὄστ' ἄθνα ἀγῆνορ et II. XXIV, 58 γυναῖκά τε θῆσατο μαζόν, praeter tritas formulas τί δέ σε φρένας ἔκετο πένθος; τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψεν, et comparant etiam Euripidis Hec. 806 ποῖ μ' ὑπεξάγεις πόδα, quae ut verborum notione diversa naviter discernit Bernhardus Synt. p. 113 coll. p. 120; at pedum usus in abducendo sponte intelligitur. Aut πόδα κρύψον in unam notionem iubent coire pro ἐκκόμιζε et με inde pendere, quae tamen artificiosior ratio videtur. Hermannus inde e Suida v. νῖν lectionem μου' ξ recepit, cui versus 37 obloquitur. Schneidewinus σὺ μ' ἐξ ὁδοῦ πέρα κρύψον, coll. vs. 155 proposuit. Si quid mutandum in re dubia malim a ductibus literarum verisimiliora:

καὶ σὺ μ' ἐξ ὁδοῦ ἔμπεδα
κρύψον κατ' ἄλλος.

Adverbium ἔμπεδα significat tuto. Quot autem librariorum vitia elisiones et crases procrearint, critici probe sciunt.

Culmae.

O. Goram.

